

Ruhnkenius, David

DAVIDIS RUHNKENII

OPUSCULA

ORATORIA, PHILOLOGICA, CRITICA,

NUNC PRIMUM CONIUNCTIM EDITA.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS,
UNIVERSITATIS REGIAE HOLLANDIAE TYPOGRAPHOS.
MDCCCVII.

LECTORI

S

BIBLIOPOLAE.

Cum Opuſcula pleraque DAVIDIS RUHNKENII, praeclara Viri eruditione, Oratoris pleni atque perfecti, in Arte Critica excellentis ac ſingularis, vario tempore et a quinquaginta amplius annis ab *ipſo ſeparatim* edita, dudum rariora eſſent facta, et ſaepe apud nos fruſtra quaererentur, viſum tandem nobis eſt, ea omnia coniunctim typis repetere, non dubitantibus, quin conſilium hoc noſtrum omnes literarum bonarum amantes non difficulter laudaturi ſint ac probaturi.

Ne quis autem fortaſſe novam nonnullorum Opuſculorum editionem minus neceſſariam et ſupervacaneam judicet, non inutile exiſtimamus, ut de iis ſigillatim pauca moneantur.

Elo-

Elogium Hemsterhusianum, quod prima vice anno 1768 in lucem exiit, non modo deinde a Cl. *Harlesio*, in libro de Vitis Philologorum nostra aetate clarissimorum, Vol. IV p. 214---266, item a Celeb. *Scheidio*, in Opusculorum de ratione Studii Parte I. p. 171—210, repetitum est, sed etiam ab ipso Auctore a. 1789 iterum editum, compluribus locis ad proprietatem, perspicuitatem efficaciamque dictionis reformatis. Cui editioni castigatiori accessere duae *Richardi Bentleji*, Criticorum sua aetate facile principis, ad *Tiberium Hemsterhusium* Epistolae antea ineditae, quas quidem, cum deëssent in ceteris *Elogii* recensionibus, hic omittere noluimus, ne in publica literarum politiorum commoda peccaremus. Quo numero et loco *Elogium* debeat haberi, quamvis nemo paullo humanior de illius praestantia dubitet, quis rectius dicat, quam Cl. *Wyttenbachius*, cuius haec verba sunt, in Vita RUHNKENII p. 141 et 142: „ Atque hoc est illud *Hemsterhusii Elogium*, quo nil in omni elegantis doctrinae et eloquentiae genere recentior aetas perfectius absolutiusque vidit. Nam quum perfectam Critici formam in *Hemsterhusio* spectandam sibi propo-

suis-

fuiſſet, ita ejus ingenium, doctrinam, animum, mores, explicuit, ita Criticae vim praeſtantiamque declaravit, ita nativa illa ipſique propria Latinae orationis caſtitate ac venuſtate rem argumentumque illuſtravit, ut, quum dubitemus, plusne ſit in ea ſcriptione, ſuavitatis, leporis, pulcritudinis, nitoris, an prudentiae, gravitatis, dignitatis, maieſtatis, jucundiorne ſit lectu, an fructuoſior exemplo et inſtitutione, illud non dubitemus affirmare, vere aureolum eſſe libellum, in quo formando et Muſae omnes et Gratiae conſpiraſſe videantur."

Orationem de Graecia, Artium ac Doctrinarum inventrice (p. 77 — 104) habuit Cl. RUHNKENIUS anno 1757, provinciam Lectoris Graecarum Literarum in Academia Lugduno Batava auſpicaturus. Hanc primam poſt longum tempus vere orationem, id eſt, quae et Latinitatis et Eloquentiae officio ſatisfaceret, tunc habitam eſſe, et haud dubio omnium hac laude dignarum, ante habitarum, principem exſtitiſſe, idoneus nobis auctor eſt et teſtis valde locuples Celeb. *Wyttenbachius* l. c. p. 74. Miri igitur nihil eſt, exempla illius Orationis

a doctis hominibus, cum alibi, tum in Britannia, a longo tempore admodum desiderari.

Multo tamen magis desiderabatur *Oratio de Doctore Umbratico*, quae anno 1761 habita est, cum ordinariam Historiarum et Eloquentiae professionem auspicaretur Cl. RUHNKENIUS, qui quid in illa (p. 105—134) praestiterit, ipse ab ingenio et ratione Doctoris Umbratici quam maxime alienus, abunde intelliges ex illius Vita p. 89 sqq.

Dissertationes duas de Galla Placidia Augusta, anno 1743 Wittebergae ad publicam disceptationem propositas, hodie infrequentiores et paucioribus notas, quae hic inveniuntur p. 137—213, scripsit quidem Cl. RUHNKENIUS, tum adhuc juvenis, annos natus viginti, sed ita scripsit, ut, monente *Saxio*, V. Cl., Part. VIII Onom. Literar. p. 69, futurae celebritatis suae nominis haud fallax iam illo tempore ederet signum.

Dissertatio de Antiphonte, *Oratore Attico*, quae legitur p. 214—256, prodiit a. 1765, et octo post annis repetita est a Cl. *Reiske*,

Vol.

Vol. VII Oratorum Graecorum p. 795 — 830, cuius hic apponemus animadversionem: „Quod opusculum tametsi haud deërunt, qui *Ruhnkenio* ipsi malint tribuere, cuius multas magnasque partes in eo conscribendo fuisse constat, ego tamen, hic loci typis Lipsiensibus recusum exhibens, *Spaanii* nomen, qui se auctorem opusculi tulit, servari, et ignobilius praeferri nobiliori, satius duxi". Testatur autem ipse doctissimus *Spaanius* cap. I, atque aperte et ingenue confitetur, Celeb. RUHNKENIUM, pro singulari sua benivolentia, varia ad *Antiphontem* pertinentia ex insigni ineditorum librorum apparatu suppeditasse. Quod quam vere et candide dicatur, ex totius Dissertationis argumento satis apparebit, cum Praeceptoris optimi opem et auxilium pergratus discipulus passim agnoscat et celebret.

Certi sumus, aegre non laturum Consult. *Enschedé*, his in Opusculis (p. 257 — 305) recusam esse *Dissertationem de Tutelis et Insignibus Navium*, erudite scriptam, atque a. 1770 publice defensam, disceptatore Cl. RUHNKENIO, qui, ut non uno in loco monentur lectores, scriptori adjumenta quaedam et ornamenta subministravit.

Dis-

Dissertatio autem *de Vita et Scriptis Longini* (p. 306—347) praefert nomen *Petri Schaardam*, et sub hoc nomine repetita est praefixaque *Longini* edition i *Toupianae*, Oxonii a. 1778 proditae. Dicitur illic *Lecta* in Auditorio Literario; sed quod a consuetudine Academiae Lugduno Batavae, in qua ejusmodi dissertationes tantum a contra dicentium studiis vindicantur, omnino abhorret. At vero nemo non intelligit, dissertationem hanc elucubratam politamque scribi non potuisse, nisi a veterano literatore, eoque primario, qualis a. 1776 Cl. RUHNKENIUS et erat et ab eruditis omnibus habebatur. Huic igitur auctori integram dissertationem, *immortalem* merito appellatam, adscribere non dubitarunt viri literatissimi in Bibliotheca Critica Vol. 1. Part. 1. p. 116, 131, Part. III. p. 33, 34, et Cl. *Wyttenbachius* in Vita Ruhnk. p. 169.

Ne cui mirum videatur, in edendis his Opusculis, maxime Orationibus, rationem temporis habitam non esse, scias, velimus, ab initio quidem propositum tantummodo nobis fuisse, ut *Elogium Hemsterhusianum* et *Epistolae Bentlejanae* denuo prelum Typographicum exercerent,

rent, ſed his iam ad finem perductis, nos poſtea mutaſſe conſilium: quapropter iisdem Opuſcula reliqua nunc ſubnexa cernuntur.

Potuiſſent adiungi plura alia, praeclaro RUHNKENIO perdigna; ſed haec forſan alio tempore. Interea his utere, vale ac fave.

Scripſimus Leidae d. 4. Januarii a. 1807.

INDEX OPUSCULORUM.

ELO-

ELOGIUM

TIBERII HEMSTERHUSII.

Nulla facile ars ac disciplina plus vel invidiae, vel infamiae suscepit, quam quae a primario, quod in judicando cernitur, munere Critica vocatur. Haec aliquando incidit in ingenia furiosa, quae nullo rationis tanquam freno coërcerentur, aliquando in jejuna & angusta, quae non caperent tantae rei vim & auctoritatem. Duplex igitur, pro ingeniorum dissimilitudine, inita est Critices exercendae ratio. Illi firma, nec ullo modo commovenda, temere convellebant, & certa incertis conjecturis vexabant: hi nihil aliud, nisi materiam e libris manu scriptis comportabant, in rebus ipsis & sensibus

ſcriptorum explicandis muti, in verbis & formulis ad grammaticam normam exigendis loquaces & rixoſi. Utrique cum ſibi Criticorum nomen arrogasſent, &, facili plebe literaria, tenuiſſent, hominum vitia, ut fieri ſolet, ad ipſam artem traducta ſunt, & Critica, modo temeritatis & audaciae mater, modo nugatoria ſylllabarum auceps, dici haberique coepit. Quam invidiam, non mirandum eſt, diutius in Critica, quam in ulla alia diſciplina, cui per ſimilem iniquitatem labes adſperſa eſſet, haeſisſe. Etenim ceterae artes, magnam partem populares, & communi intelligentiae patentes, facile inveniunt, qui, cauſſa cognita, calumniam depellant. Critica, plures difficultate & rerum diſcendarum copia & varietate deterrens, quam delectatione aliqua alliciens ad ſe & invitans, paucos omni tempore diſcipulos nacta eſt, paucos habuit patronos, qui cauſſam ſuam cognoſcerent, innocentiam tuerentur, dignitatem & gloriam vindicarent.

Cogitanti vero mihi, quae tandem optima eſſet ratio tam praeclari ſtudii commendandi, & injuria, qua premitur, liberandi, nulla commodior & efficacior occurrit, quam quae perfecti & omnibus numeris abſoluti Critici imaginem, ad vivum expresſam, ob oculos ponat. Sic enim ſpero, futurum, ut, quicunque in hoc exemplar inſpexerit, quam artem in contemtum vocare auſus ſit, in ea liberalis doctrinae omnis faſtigium eſſe fateatur.

Verum, ne cui videar Criticum, qualis nec fuerit

rit unquam, nec esse possit, fingere, exemplar ejus ducam ab eorum aliquo, quibus omnes omnia summa in hac facultate tribuerunt. Nec ille longe quaerendus. Adhuc animis, vel dicam, oculis nostris inhaeret TIBERIUS HEMSTERHUSIUS. Vix dum lacrimae, quas in ejus funere profudimus, exaruerunt.

Hic talis ac tantus vir in illis, quorum vix singuli singulis seculis in generis humani exemplum nascantur, praecipuum locum tenet. Quo magis, ut mediocri ingenio homines facile patimur cum libris suis occidere, sic Hemsterhusii memoria conservanda modis omnibus, & aeternitati aequanda est. Quanquam vero ad laudem ejus magnificentius, & ad communem utilitatem uberius futurum esset, si divina cum animi, & ingenii, tum doctrinae, & sapientiae bona, quibus cumulatus fuit, singulatim explicarentur, nobis tamen, quod omnia persequi infinitum est, ex ea maxime parte, qua gloriam suam inprimis fundavit, hoc est, ex Critices scientia, spectandus videtur.

Critica veterum scriptorum libros, tanquam materiam, quam tractet, & in qua versetur, sibi subjectos habet: nec angustis certorum scriptorum terminis septa tenetur, sed per Poëtas, Oratores, Grammaticos, Historicos, Philosophos longe lateque vagatur, ubique judicium & censuram exercens. Quam provinciam tametsi proprio quodam jure tenet, tamen, si quando in graviorum discipli-

narum auxilium vocata ſit, non dubitat illos fines tranſire. Sane ex quo tempore Erasmus & Beza eam in Theologiam, Cujacius, aliique in Jurisprudentiam, ſaluberrimo inſtituto adſciverunt, ferme tam frequens eſt in his diſciplinis, quam in regno ſuo. Cenſendi vero judicandique munere ſic fungitur, ut vera a falſis & ſuppoſititiis diſcernat, fraudes ſuis veſtigiis odoretur & demonſtret, obſcuris ſive rebus ſive verbis lumen affundat, depravata corrigat, laudet recta, reprehendat vitioſa. Has Critici partes, tam difficiles, tam graves, qui recte ſuſtinere & tueri velit, duplici praeſidio inſtructus ornatusque eſſe debet, ingenio acerrimo, & eruditione prope immenſa.

Ingenium in omnium artium, etiam leviorum, ſtudiis valet plurimum. Sed ut aliud aptius eſt Matheſi, aliud Poëticae, aliud aliis artibus, ſic Critica quoque ſibi depoſcit proprium & peculiare. Ejus autem vis omnis ex duabus animi facultatibus oritur, ex imaginum ante perceptarum celeri inſtauratione, & ex promta ac parata judicandi ſubtilitate. Finge, Criticum, qualem deformamus, impedito & corrupto ſcriptoris loco remedium quaerere, & diligenter attende, quibus mentis actionibus ad id, quod quaerit, perveniat. Altera animi facultas varias imagines ante hauſtas, quae ad talem locum expediendum accommodatae videantur, ei celeriter & in tempore offert: altera, quid res poſtulet, atque adeo, quid ex pluribus ſimulacris animo ſimul ob-

obſervantibus deligendum ſit, eadem celeritate videt ac decernit. Ergo critica vis maxime judicatur mentis celeritate, quam Graeci ἀγχίνοιαν & εὐστοχίαν, Latini *ſagacitatem*, *ſollertiam*, *ingenii felicitatem* vocant. Haec autem ſagacitas non in hominis poteſtate eſt, non ſtudio, labore, exercitatione comparatur, ſed rarum & ſingulare munus eſt unius naturae fautricis; licetque adeo, quod Democritus de Poëta dixit, ad Criticum transferre: *Criticus non fit, ſed naſcitur.* Tali ingenio praediti cum perraro exoriantur, non mirum ſit, magnam excellentium Criticorum et nunc eſſe, et ſemper fuiſſe paucitatem. Quod vero diximus, ingenium hac in re plus valere, quàm artem ac diſciplinam, hoc argumento intelligi poteſt. Multi, iique praeclariſſimi viri, cum ſtudiorum genere, ad quod ab ipſa natura deducerentur, relicto, ſe ad Criticam contuliſſent, eruditione ſibi, quod natura negarat, parare conati ſunt, ingeniique vicarium, artificium quoddam aſſumſerunt. Quorum conatus, noli quaerere, quam infeliciter ceſſerit. Quanta eruditionis, de Graecis fontibus ductae, copia fuerit in Jo. Meurſio & Ez. Spanhemio, nemo ignorat, niſi qui ipſam antiquitatem Graecam ignoret. At illi ipſi, cum vim facere naturae, & Criticam exercere inſtituunt, quam ſunt diſſimiles ſui! Duo praeſtantiſſimi viri, N. Heinſius & P. Burmannus, omne ſtudium ſuum in Poëtis Latinis expoliendis conſumſerunt pari uterque eruditione, ſed diſpari

acute ſentiendi & feliciter divinandi facultate. Alter igitur Poëtarum Latinorum ſoſpitator dictus eſt, alter non potuit in tantae gloriae ſocietatem venire.

Haec vero Critici materies indolesque in Hemſterhuſio tanta fuit, ut natura, quid in tali ingenio fingendo poſſet, in eo potiſſimum experta eſſe videatur. Omnes in illo talem oculorum aciem, qualis lyncibus & aquilis tribui ſolet, mirabantur. Sed profecto mentis acies multo miranda magis. Nihil tam abditum erat, tam nihil retruſum, quod ejus acumen falleret. Nihil tam depoſitum ac prope conclamatum, cui non vitam & ſalutem redderet. Nihil tam artificioſe ſimulatum, quin fraudem facile ſentiret, & indiciis ſuis teneret. Talis tam felicis Critices illuſtre documentum dedit in Xenophonte Epheſio. Hic ſcriptor, aetate demum noſtra, mendoſe & negligenter editus in Italia, nativa ſua venuſtate Hemſterhuſium invitarat, ut non ſolum quaequid vitii traxiſſent, emendaret, ſed plurium etiam verborum lacunas de conjectura ſuppleret. Poſt Dorvillius V. C. eundem ſcriptorem iterum ad Codicem MS. exigi juſſit. Quid quaeris? Nullus unquam vates Hemſterhuſio repertus eſt verior. Nam vetus codex lectiones & lacunarum ſupplementa ſic, ut ille divinando reſtituerat, plerisque locis repraeſentabat.

Etſi vero p rmagnum Critico praeſidium eſt in mentis vi & ſollertia, nemo tamen omnia in eo poſita putet. Comparandum eſt alterum inſtrumentum,

tum, eruditio; quae ut parum aut nihil ſine ingenio, ſic ſine eruditione ne perſpicaciſſimum quidem ingenium quicquam effecerit. Recte Crates Mallotes, quem haec ipſa ars nobilitavit, apud Sextum Empiricum, in Critico requirit omnis liberalis doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, ſcientiam. Si igitur ad Criticam adſpirare velis, de Cratetis praecepto, ante Grammaticam, non vulgarem iſtam, ſed altiorem, percipias, habites in Poëtis & Oratoribus, peragres latiſſimum hiſtoriae campum, mente complectaris univerſam philoſophiam, & his omnibus adjungas Matheſin, maxime partes illas, quae mentem exacuunt ad verum cernendum. Ex tanta tot artium ac diſciplinarum ubertate Critica demum efflorefcit & redundat: tali inſtructu ornatuque eam oportet eſſe comitatam.

Equidem vereor, ne hac rerum diſcendarum multitudine commemoranda reſtinguam potius juventutis ſtudia, quam incendam. Sed quid faciam? Non alius ad pulcerrimam artem aditus patet, nec aliis gradibus Hemſterhuſius ad id, quod in illa ſummum eſt, eſcendit.

Juvat igitur, non modo quam praeſtans & inuſitata ejus eruditio fuerit, ſed etiam qua via & ratione ad illam pervenerit, explicare. Quod dum facimus, pars vitae Hemſterhuſianae, ut ad cognoſcendum jucundiſſimae, ſic ad imitandum utiliſſimae, breviter attingenda erit.

tum, eruditio; quae ut parum aut nihil ſine ingenio, ſic ſine eruditione ne perſpicaciſſimum quidem ingenium quicquam effecerit. Recte Crates Mallotes, quem haec ipſa ars nobilitavit, apud Sextum Empiricum, in Critico requirit omnis liberalis doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, ſcientiam. Si igitur ad Criticam adſpirare velis, de Cratetis praecepto, ante Grammaticam, non vulgarem iſtam, ſed altiorem, percipias, habites in Poëtis & Oratoribus, peragres latiſſimum hiſtoriae campum, mente complectaris univerſam philoſophiam, & his omnibus adjungas Matheſin, maxime partes illas, quae mentem exacuunt ad verum cernendum. Ex tanta tot artium ac diſciplinarum ubertate Critica demum efflorescit & redundat: tali inſtructu ornatuque eam oportet eſſe comitatam.

Equidem vereor, ne hac rerum diſcendarum multitudine commemoranda reſtinguam potius juventutis ſtudia, quam incendam. Sed quid faciam? Non alius ad pulcerrimam artem aditus patet, nec aliis gradibus Hemſterhuſius ad id, quod in illa ſummum eſt, eſcendit.

Juvat igitur, non modo quam praeſtans & inuſitata ejus eruditio fuerit, ſed etiam qua via & ratione ad illam pervenerit, explicare. Quod dum facimus, pars vitae Hemſterhuſianae, ut ad cognoſcendum jucundiſſimae, ſic ad imitandum utiliſſimae, breviter attingenda erit.

acute ſentiendi & feliciter divinandi facultate. Alter igitur Poëtarum Latinorum ſoſpitator dictus eſt, alter non potuit in tantae gloriae ſocietatem venire.

Haec vero Critici materies indolesque in Hemſterhuſio tanta fuit, ut natura, quid in tali ingenio fingendo poſſet, in eo potiſſimum experta eſſe videatur. Omnes in illo talem oculorum aciem, qualis lyncibus & aquilis tribui ſolet, mirabantur. Sed profecto mentis acies multo miranda magis. Nihil tam abditum erat, tam nihil retruſum, quod ejus acumen falleret. Nihil tam depoſitum ac prope conclamatum, cui non vitam & ſalutem redderet. Nihil tam artificioſe ſimulatum, quin fraudem facile ſentiret, & indiciis ſuis teneret. Talis tam felicis Critices illuſtre documentum dedit in Xenophonte Epheſio. Hic ſcriptor, aetate demum noſtra, mendoſe & negligenter editus in Italia, nativa ſua venuſtate Hemſterhuſium invitarat, ut non ſolum quae quid vitii traxiſſent, emendaret, ſed plurium etiam verborum lacunas de conjectura ſuppleret. Poſt Dorvillius V. C. eundem ſcriptorem iterum ad Codicem MS. exigi juſſit. Quid quaeris? Nullus unquam vates Hemſterhuſio repertus eſt verior. Nam vetus codex lectiones & lacunarum ſupplementa ſic, ut ille divinando reſtituerat, plerisque locis repraeſentabat.

Etſi vero p rmagnum Critico praeſidium eſt in mentis vi & ſollertia, nemo tamen omnia in eo poſita putet. Comparandum eſt alterum inſtrumentum,

tum, eruditio; quae ut parum aut nihil ſine ingenio, ſic ſine eruditione ne perſpicaciſſimum quidem ingenium quicquam effecerit. Recte Crates Mallotes, quem haec ipſa ars nobilitavit, apud Sextum Empiricum, in Critico requirit omnis liberalis doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, ſcientiam. Si igitur ad Criticam adſpirare velis, de Cratetis praecepto, ante Grammaticam, non vulgarem iſtam, ſed altiorem, percipias, habites in Poëtis & Oratoribus, peragres latiſſimum hiſtoriae campum, mente complectaris univerſam philoſophiam, & his omnibus adjungas Matheſin, maxime partes illas, quae mentem exacuunt ad verum cernendum. Ex tanta tot artium ac diſciplinarum ubertate Critica demum efflorefcit & redundat: tali inſtructu ornatuque eam oportet eſſe comitatam.

Equidem vereor, ne hac rerum diſcendarum multitudine commemoranda reſtinguam potius juventutis ſtudia, quam incendam. Sed quid faciam? Non alius ad pulcerrimam artem aditus patet, nec aliis gradibus Hemſterhuſius ad id, quod in illa ſummum eſt, eſcendit.

Juvat igitur, non modo quam praeſtans & inuſitata ejus eruditio fuerit, ſed etiam qua via & ratione ad illam pervenerit, explicare. Quod dum facimus, pars vitae Hemſterhuſianae, ut ad cognoſcendum jucundiſſimae, ſic ad imitandum utiliſſimae, breviter attingenda erit.

Puerulus (*) literarum initia cum ab idoneis magiſtris percepit, tum a patre, Franciſco Hemſterhuſio, qui ſalutarem artem, quam profitebatur, cum politioribus literis conjunxerat, & peregrinandi ſtudio ductus, omnem fere Europam luſtrarat. Vis ingenii ſic ante annos in Hemſterhuſio noſtro eluxit, ut multi, quibus carus erat, timerent, ne non vitalis puer eſſet, aut ingenium tam praecox ad frugem perveniret. Quam ſollicitudinem vanam fuisſe, eventus docuit. Nam eundem mentis vigorem integrum & illibatum pertulit ad extremam usque ſenectutem, hoc eſt, ad aetatis annum octuageſimum ſecundum, qui vitae ultimus fuit. Una memoria, quanquam raro, lababat, ubi proprium hominis nomen ſubito edendum eſſet.

Decimum quartum annum agens, qua aetate plerique in tirociniis haerent, jam verſabatur inter cives Academiae Groninganae, & praeſtantiſſimos quosque bonarum artium magiſtros audiebat.

Socrates apud Platonem omnia praeclara de Iſocrate adoleſcente auguratur, quod natura philoſophia quaedam ineſſet in ejus mente. Simillimam Iſocraticae indolem Joannes Bernoullius, Mathematicorum

(*) Natus eſt Groningae 1. Febr. 1685. Ab a. 1704. Philoſophiae & Matheſeos Profeſſor Amſtelodami: ab a 1717. Linguae Graecae, poſt etiam Hiſtoriae Patriae Profeſſor Franequerae: ab a. 1740. ejusdem Linguae & Hiſtoriae Profeſſor Leidae. Obiit 7. April. 1766.

rum longe princeps, in Hemſterhuſio adoleſcentulo, ſimul atque eum in diſciplinam receperat, ſagaciſſime perſpexit. Iccirco nihil antiquius habuit, quam ut philoſophiae ſemina, quae in ejus mente laterent, proliceret, & recta cultura firmaret. Nec Hemſterhuſius Bernoullii augurium feſellit. Nam tanta celeritate altiòrem Geometriam percepit, & in intimos philoſophiae receſſus penetravit, ut magiſter fateretur, ſe, quem cum eo compararet, inter diſcipulos habere neminem. Atque haud ſcio, an multum fallamur, ſi altos illos & magnificos de rebus divinis humanisque ſenſus, qui poſtea ſe omnibus Hemſterhuſii dictis factisque protulerunt, magnam partem a Bernoulliana diſciplina repetamus. Ipſe quidem, Bernoullium divino munere ſibi praeceptorem obtigiſſe, cum gaudio, quod vultu & oculis proderetur, fateri ſolebat.

Ita cum aliquot annos exegiſſet in Academia patria, Leidam venit, invitatus praecipue fama Jacobi Perizonii, qui cum ceteras humanitatis partes egregie, tum veterem hiſtoriam elegantius, quam quisquam ante eum, tradebat. Leidae tum caſu quodam disjecti erant publicae Bibliothecae Codices MSS. Horum in ordinem redigendorum cura ab Academiae Curatoribus demandatur Hemſterhuſio. Quod Curatorum de tantulo adoleſcente judicium tam felix omen in poſterum tempus faciebat, ut nemo unus dubitaret, quin is aliquando Jacobo Gronovio in Graecarum literarum Profeſſione ſucceſſurus

eſſet. Verum, vacante illa provincia, res ſecus cecidit, non Curatorum voluntate alienata, ſed artibus eorum, qui, ne luminibus ſuis obſtrueretur, metuebant. Data eſt Profeſſio Havercampo, ſi minus Academiae, at ipſorum rationibus accommodato. Sed haec latere, melius eſt, quam cum auctorum ignominia & dedecore in lucem proferri. Leidae cum Hemſterhuſius ſtudiorum ſpatia decurrebat, vix dum expleto decimo nono aetatis anno, Amſtelodamum, ut juventuti ſtudioſae viam ad Matheſin & Philoſophiam praeiret, honorifice invitatur. Quis eſt, qui talem provinciam nactus, non totam ſtudiorum rationem commutaſſet? non humaniores literas, veluti crepundia, abjeciſſet? Talis ſtultitia in alios, ab anguſtis doctrinae compendiis profectos, cadere poterat, in Hemſterhuſium non poterat, qui praeclare ſciret, quo ſocietatis vinculo hae diſciplinae inter ſe devinciantur. Ac reperit Amſtelodami, quorum conſuetudine elegantiorum literarum ſtudium non mediocriter aleret. Ornabat tum illam urbem ingenioſus Poëta, & diſertus Poëtarum Latinorum interpres, Janus Broukhuſius. In eadem tum aliquot annos degebant Stephanus Berglerus & Ludolphus Kuſterus, ille veteris philoſophiae ſcientia, hic critica facultate, uterque Graecis literis tam excellens, ut ambiguum poſteris reliquerint, uter utri ea laude praeſtaret. Quorum amicitiam Hemſterhuſius appetebat cupidiſſime, tenebatque eo conſtantius, quo magis ingenium talium virorum ſermonibus ad

omnis

cuit, ut Graecas literas in perpetuum repudiare ſtatueret. Nec, per menſem unum & item alterum, auſus eſt ſcriptorem Graecum attingere. Hoc ſi alteri eveniſſet, quam aſtute id diſſimulaſſet, quam cautionem & diligentiam, ne in vulgus emanaret, adhibuiſſet? At ille, ô callidum hominem! id narrare diſcipulis, & crebris ſermonibus uſurpare ſolebat. Neſcio, quid alii ſentiant. Mihi nunquam major, quam cum haec de ſe ingenue fatebatur, viſus eſt Hemſterhuſius. Nam acer animi morſus indicat, quos quam altos & veram gloriam expetentes ſpiritus pectore geſſerit, erroris confeſſio, quantam maximarum rerum fiduciam haberet. Eleganter & vere Celſus de ſimili Hippocratis confeſſione ait: *Levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit ſimplex veri erroris confeſſio.*

Mox tamen Hemſterhuſius, cum dolori ſucceſſiſſet cogitatio, quam inique ſe adoleſcentem cum Critico veterano, eodemque omnium principe comparaſſet, & ſecum in gratiam rediit, & cum literis Graecis. At Bentlejanae admonitionis haec vis fuit, ut apud animum conſtitueret, non ante ſe in hunc praecipitem locum committere, quam artium omnium copiam mente & cogitatione comprehendiſſet, &, quoniam in hoc maxime reprehendebatur, Comicorum verſus non ante tentare, quam varia metrorum genera, Comicis uſitata, penitus percepiſſet. Nec

alium,

poſteriorum ſollertia. Cujus imitationis venuſtatem nec ſentias, nec intelligas, niſi fontem, e quo profecta ſit, cognoris. Thucydidis, ut hoc utar, reconditas exquiſitasque ſententias Hemſterhuſius ita tritas notatasque habebat, ut, quid Polybius, quid Dionyſius Halicarnaſſenſis, quid Plutarchus, quid alii inde ad imitationem traxiſſent, e veſtigio indicaret. Ex quo inſtituto quot quam praeclarae difficiliorum locorum & interpretationes natae ſint, & emendationes, vel me tacente, intelligitur.

At qui tandem ſunt illi ſcriptores, quos vir ſummus futuro Critico maxime neceſſarios, quos legendos, quos ediſcendos putabat? Quaſi vero, dicet aliquis, neſciamus, Criticos in Poëtis, Oratoribus, Grammaticis & Hiſtoricis vitae velut tabernaculum collocare.

Hic locus me admonet, ut juſtum meum, vel Hemſterhuſii potius, dolorem & querelam effundam. Veteres hoc humanitatis ſtudium ſapientiſſimo conſilio tam late patere voluerunt, ut & mathematicas artes, & philoſophiam omnem complecteretur. Veterum auctoritatem ſecuti ſunt viri immortales, qui ſeculis decimo quinto & decimo ſexto, pulſa barbarie, priſtinam bonis literis dignitatem reſtituerunt. Verum brevi poſt exorti ſunt literatores, qui, finibus illis latioribus per ſummam ignaviam contrahendis, ſibi ſervarent Grammaticos, Oratores, Poëtas, Hiſtoricos, valere juberent Mathematicos & Philoſophos. Sic humanitatis diſciplina, rebus magnam par-

ſertim antiqua, ſine cujus ſcientia nec Graeci, nec Latini Poëtae, qui inde multa carminibus ſuis ornamenta petierunt, plane perfecteque intelligi poſſunt. Quo majus ſtudium vir eximius ad eam cognoſcendam attulit, nec, quamvis mitis & moderatus aliorum cenſor, ſibi temperare poterat, quin ſuaviter rideret recentiores Poëtarum interpretes, qui, ubi quid ex hac doctrina explicandum ſit, vel turpiter haereant, vel in joculares errores labantur.

Philoſophiae ſtudium eo flagrantius erat, quo magis ab ipſa natura ad illam impellebatur. Per ejus vero partes omnes ſic vagatus eſt, ut modo verſaretur in ſancto Pythagorae receſſu, modo in Academia Platonis, modo in Ariſtotelis Lyceo, modo in Zenonis porticu, modo in hortis Epicuri, ubique cum admiratione quadam deprehendens permulta, quae aetatis noſtrae vanitas audet ut recens inventa jactare. Plerique veteris philoſophiae ſtudioſi vel partem ejus delibant, vel in locis amoenioribus, maxime in eo de moribus commorantur. At Hemſterhuſius ingenii ſui magnitudini conſentaneum judicabat, etiam partem omnium difficillimam, quae Metaphyſicam complectitur, perveſtigare. Nihil facile abſtruſius reperias Platonis Parmenide, quo dialogo doctrina *de Ideis* explicatur. Ab ejus lectione vir magnus ſemel, iterum, tertium idem abierat, qui venerat. Verum non prius conquievit, quam quarta lectione inſtituenda abditos philoſophi ſenſus eruiſſet, ipſa difficultate non hebetante, ut

fie-

dem, superstitionem, & sciunt omnes, & fatentur. Veruntamen quotus quisque Criticorum in hunc patentissimum campum excurrit? quotus quisque adhibet Criticam, quasi veri obrussam? Signum ad hanc rem capessendam sustulerat Josephus Scaliger in Opere *de Emendatione Temporum*, & altero *Eusebiano*, utroque aeterno, sed laudato magis, quam lecto. At perpaucos, qui per ejus vestigia ad eandem laudem contenderent, inventos scimus. Quo magis Hemsterhusius & ipse historiam critica ratione tractabat, & disciplinae suae alumnos ad eandem rationem amplectendam incendebat, exemplum, ad quod studium dirigerent, iis proponens severissimum reliquorum historicorum censorem, Polybium, cujus tanta admiratione captus erat, ut, si fieri posset, unum ejus librum deperditum plaustris homiliarum SS. Patrum redimere vellet.

Antiquitatis eruditae, hoc est, Graecae & Romanae, studium non solum ad veterum scriptorum historiaeque intelligentiam referebat, sed etiam eo, ut ingenium, contuendis antiquae artis miraculis, acueret ad sensum elegantiae & venustatis, quae talibus operibus inesset. Nec quicquam vel cupidius, vel intelligentius spectabat, quam veteres gemmas, numos, vasa, anaglypha, statuas: cujus rei facultatem ipsi dabat soceri, Jacobi Wildii museum, non paucas ejus generis reliquias servans. Hanc animo insidentem pulcri & recti speciem ubi ad recentiorum artificum opera transtulisset, non temere

re-

summus, in hoc ipso linguarum studio, praebuit, invenienda verissima Originum Graecarum ratione, singulari linguae Graecae, adde & Latinae, praesidio & ornamento. Hujus analogiae tanquam filo ductus, simplicissimas verborum formas, quae binis tribusve literis constarent, & una cum iis natas significationes indagavit, formas omnes & flexiones ad certam rationem revocavit, ex primariis notionibus secundarias, & consequentes elicuit, earumque non solum cognationem, sed etiam migrationes ostendit, commentitias anomalias, quibus Grammatici omnia perturbassent, explosit, denique tenebras linguae per tot secula offusas ita discussit, ut, qua lingua nulla est neque verbis, neque formis, copiosior, eadem jam nulla reperiatur ad discendum facilior. Sed hujus rei subtiliorem & exemplis confirmandam explicationem non capit popularis scriptio. Gratulemur potius aetatis nostrae felicitati, quae, quod majores nostri optarunt magis, quam sperarunt, id non tantum in Gracis, verum etiam in Orientalibus, uno tempore & inchoatum & consummatum vidit. Etenim quod analogiae lumen Hemsterhusius linguae Graecae, id eodem tempore Orientalibus intulit Hemsterhusii civis, aequalis, condiscipulus, collega, amicus, unicus literarum, quas profitebatur, vindex, Albertus Schultensius.

Hic forsitan dicat aliquis eorum, qui nolunt eundem hominem pluribus rebus excellere: sit sane ita: habuerit Hemsterhusius Graecarum literarum scientia pa-

guam pulcrae matris Graecae pulcram filiam esse. Sed mittamus origines. Quantum Hemsterhusio praesidii esse debuit in Graecae linguae scientia ad Latinos scriptores rectius intelligendos? Constat inter omnes, scriptores, quos diximus, maxime Poëtas, Graecam formam singulis prope verbis expressisse, & innumerabiles lepores veneresque ex Graecis fontibus nunc apertius, nunc occultius derivasse. Nec M. A. Muretus dicere dubitavit, *eos, qui Graeci sermonis expertes sint, ne Latine quidem scripta penitus percipere posse.* Jam si cogitatione tibi fingendus sit harum elegantiarum interpres, an doctiorem Hemsterhusio reperias? Ipse vir summus sese in Latinis intelligendis sic a Graecis adjuvari sentiebat, ut interdum negaret, Poëtas eos, qui se totos ad Graecorum imitationem contulissent, nominatim Propertium & Horatium, Graece imperitis valde placere posse. Adeo multa, quae venustissima & exquisitissima sint, eorum sensum intelligentiamque fallere. Omnibus igitur modis bene a majoribus constitutam rationem, qua utriusque linguae studium conjungeretur, tuebatur, ab eaque non semel descitum esse vehementer dolebat. Sub ipsa Academiae incunabula Leidae bonas literas docuit Justus Lipsius, perfectus literis Latinis, Graecarum mediocriter peritus. Is dicere ausus est, Graecas literas homini erudito decoras esse, necessarias non item. Quod stultissimum dictum Isaaco etiam Casau-

bon-

prietatis ſtudio & verborum delectu commendandum. Una orationi facilitas deeſt, non comparanda illa, niſi ſaepe multumque ſcribendo: cujus rei facultatem raro dabat Graecarum literarum Profeſſio. In juvene, velut in laetis herbis, ſe profundebat luxuries quaedam, quam poſtea ratio & anni depaverunt.

Hactenus virum egregium vidimus Graeciae Latiique monumenta ita tractantem, ut nunquam illa de manibus deponeret. Quo ſtudio quantas eruditionis opes ſibi compararit, ſupervacuum ſit dicere. Eas cum primum in animadverſionibus ad Lucianum protuliſſet, homines eruditos in ſtuporem & admirationem rapuit, expreſſitque omnibus confeſſionem hanc, ut dicerent, nihil ſimile ullam aetatem in hoc genere vidiſſe: magnam quidem copiam in Salmaſii libris eſſe; ſed ibi temere ſacco fundi, hic omnia cum acerbo delectu, prope in Mathematicorum modum, explicari.

Atque his cum ingenii, tum eruditionis fundamentis, tam firmis, tam alte poſitis, tandem Hemſterhuſius verae & legitimae Critices velut aedificium ſuperſtruxit. Sed critica diſciplina quomodo uſus ſit, non alienum fuerit, eruditae juventuti, quae ejus veſtigia perſequi ſtudeat, paucis exponere.

Cum ſcriptori ſive Graeco, ſive Latino criſin ſuam impertire couſtituiſſet, primum juſtam cum eo familiaritatem contrahebat, hoc eſt, cum res ipſas, tum verba, ſimilibus locis inter ſe comparatis, quanta

ma-

maxima fieri poterat diligentia, cognoſcebat, recte judicans, ſui quemque ſcriptorem optimum interpretem eſſe, &, qui non ſaepius totum ſcriptorem uno tenore legiſſet, eum in emendando explicandoque turpiſſime labi. Tali notitia contracta, omnia ad certam rerum, ſermonisque normam exigebat, difficilis, ſuſpicax, ſemper verens, ne quid ſibi fallaciae vel a librario, vel ab interpolatore ſtrueretur. Tametſi quis poterat fallere illum ſenſum & natura ſagaciſſimum, & multo literarum rerumque uſu callidiſſimum? Tenebrio nobili ſcriptori foetum ſuum ſubjecerat? Statim fraudem certis veſtigiis tenebat. Verſificator magnorum Poëtarum verſibus furtim interpoſuerat ſuos? Spurios obelo configebat. Librarius lectionem corruperat, vel ſciolus corruptam fucarat? In promtu erant omnes veri indagandi viae.

Sed, quamvis ſummam ingenii fidutiam habere potuiſſet, tamen Codicum MSS. fide inprimis nitebatur, &, quod hujus diſciplinae expertibus mirum videatur, ex eorum vel contaminatiſſima ſcriptura pulcerrimas lectiones eliciebat. Noſſe modos permutandorum in libris priſcis verborum, utile putabat: poſſe enim tardiora ingenia talibus adminiculis ſublevari: ſed nimiam in his diligentiam contemnebat, docens hoc etiam argumento, parum inde utilitatis redire, quod, ut quisque plurimum operae in librariorum aberrationibus notandis poſuiſſet, iisque margines librorum oppleviſſet, ita nullam ma-

gnopere Critices laudem tulisset. Vero Critico vim ipsius sententiae, & sermonis proprietatem bene perspectam, facile id, quod res postulet, suppeditare. Hic etiam locum habere illud Asinii Pollionis: *Male eveniat verbis, nisi rem sequantur:* vel illud Horatii, ex Asiniano expressum:

Verbaque provisam rem non invita sequentur.

Sed duos inprimis scopulos, multorum naufragiis infames, & ipse fugiebat, & alios, ut fugerent, monebat, temeritatem & superstitionem. Furorem judicabat, quod non intelligas, statim urere & secare; amentiam, aegri capitis somnia in contextum invehere, abolita veterum librorum scriptura. Nam, si hoc modo grassari liceret, brevi futurum, ut calamitas, quam Gothi & Vandali bonis libris importassent, prae hac levis & tolerabilis videantur. Iccirco in locis desperatis, ubi nulla ratio esset difficultatis expediendae, medicinam ab integrioribus libris exspectandam, & omnino nihil in contextu, nisi vetustarum membranarum auctoritate, movendum censebat, ne Bentlejo quidem veniam dans licentiae, quam sibi sumsit in Manilio recensendo.

At vero, qui nullum audaciae locum daret, non minus repudiabat anilem religionem, quae se imperitis modestiae nomine commendare audet, & semper vulgatae, quamvis futilis & absurdae, lectionis patrocinium profitetur. Sed quae, malum! est lectio, quam tantopere jactant, vulgata? Num ex vetustis & spectatae fidei libris profecta? Num certis

emen-

ut loco depravato potius qualemcunque ſenſum affingant, quam felix in vero reperiendo ingenium laudent. Ex qua obloquendi libidine, incredibile dictu eſt, quot quam durae & contortae vitioſorum locorum interpretationes manarint; ſi interpretationes dicendae ſunt, quae ſcriptorem neſcio quas ineptias dicere cogant. Tales vindicias, tantum aberat, ut Hemſterhuſius probaret, ut illis doctam aliorum audaciam praeferret. Sed longe optimum & tutiſſimum cenſebat, medium ſequi, quod tum a temeritate, tum a ſuperſtitione eſſet ſejunctum.

Etſi vero vir magnus, uſu ſenſuque edoctus, praeclare ſciebat, Icaris non eſſe aptandas alas, hoc eſt, juvenes non temere ad Criticam adducendos eſſe, tamen ſagacioris indolis adoleſcentes mature hujus artis veluti guſtu quodam imbuebat. Quorum vires, ut erat acer & perſpicax ingeniorum exiſtimator, ante ſic explorabat, primum, ut eos juberet cogitate meditateque legere illuſtrem aliquem veteris ſcriptoris locum, v. c. Livianam praefationem, vix imitanda arte conſcriptam, & poſt, quid in tali loco maxime animum pepuliſſet, quid maxime placuiſſet, ſibi referre. Tum, ubi linguae ſcientiam & pulcri ſenſum ſibi probaſſent, in ſcriptore, ad talis aetatis captum accommodato, locum demonſtrabat, qui vitium haberet nemini animadverſum, idque inveſtigare jubebat. Reperta corruptela, quam reperire interdum difficilius eſt, quam corruptis mederi, praeſertim ubi mendoſa ſcriptura

to-

tolerabilem, nec a re abhorrentem ſenſum efficiat; ſed reperta corruptela, lene & blandum ab ingenio remedium poſtulabat. In quo ut eos, qui nullum dum Critices uſum haberent, ſublevaret, ipſe interdum vias quasdam, quae ferre ad verum inveniendum poſſent, indicabat. Si rem acu tetigiſſes, candide plaudebat ſollertiae tuae, & acerrimum laudis ſtimulum adhibebat: ſin minus, ſuam ipſe emendationem promebat, ut quaerendi & conjectandi finis fieret. Hac ratione uſurpanda vir ſummus non ſolum diſcipulis ſuis facultatem dabat Critices cognoſcendae, ſed eosdem etiam conſuefaciebat in legendo judicii ſeveritatem adhibere, & ſemper animum, quid intelligat, quid minus, interrogare. Et miramur, ex ejus diſciplina plures acutioresque Criticos, quam e cujusquam ante illum, prodiiſſe? Nolim ſingulos ambitioſe commemorare. Facile, qui ſint, velut propria quadam nota, intelligendi & judicandi ſubtilitate cognoſcuntur. Unum tamen ſilentio praeterire non poſſum, germanum inprimis Hemſterhuſii diſcipulum, L. C. Valckenarium. Hic enim, quam a magiſtro accepit diſciplinam, ante Franequerae, nunc Leidae, ita tuetur & propagat ingeniis feliciter formandis, ut, Hemſterhuſio de vita ſublato, nunquam defuturi ſint, qui literas Hemſterhuſiana ratione colant. Hic utriusque linguae analogiam, quam vir immortalis impertiit quidem diſcipulis, ſed literis mandare neglexit, ita quaſi per manus tradit aliis, ut, etiam ſi nemo illam

illam literis prodat, tamen ad feram posteritatem perventura videatur.

Quemadmodum vero aliis disciplina, sic aliis profuit salubri consilio suppeditando. Libenter & ingenue fateri solebat vir summus, P. Wesselingius, hunc sibi studiorum recte instituendorum auctorem fuisse. Is Hemsterhusio collega datus, non prius Franequeram, quam in intimam ejus amicitiam venit: quae ex illo tempore tam sancte & constanter culta est, vix ut aliud par amicorum conjunctius vixerit. Erat jam tum in Wesselingio magna & incredibili studio parta doctrinae copia, sed aversus a critica ratione animus. Verum cum Hemsterhusius ei crebris sermonibus demonstrasset, nullam eruditionem, quamvis variam & copiosam, esse veram & accuratam sine critica disciplina posse, totam studiorum rationem commutavit, & post illa ipsa arte, quam ante oderat, nomen suum immortalitati commendavit.

Paullo ante de ea Critices parte, quae in depravatis corrigendis versatur, quantum satis est, disputavimus. Sed ejusdem etiam artis est, veterum scriptorum obscuros sensus aperire: in quo, praeter vim judicandi, maxime cernitur illa nullis circumscripta terminis eruditio. In hac autem interpretandi ratione, quanquam alio modo, non minus vulgo, quam in illa emendandi, peccatur. Saepe & Hemsterhusii & aliorum querelas audivimus, cum dicerent, scriptorem, quem quis interpretum enarran-

randum fuſcepiſſet, onerari iis, quae ad quemvis alium ſcriptorem ſcribi poſſent, explicari, quae nemo ſibi explicari velit, in difficilioribus deſtitui lectores, res & ſententias negligi, nihil niſi loquendi formulas enarrari, & ne illarum quidem notiones ad normam, quam perfectus Criticus, J. F. Gronovius dediſſet, diſtincte & enucleate tradi, ſed temere miſceri & confundi. Hemſterhuſius vero ipſum ſcriptoris argumentum amplexus, obſcuriorum locorum tenebras modo ex hiſtoria & antiquitatis memoria, modo ex temporum ratione, modo ex interiore philoſophia, modo ex aliis artibus diſpellebat: fontes, unde quidque hauſtum eſſet, locos aliorum auctorum, quos ſcriptor, quem tractaret, vel imitando expreſſiſſet, vel in tranſitu reſpexiſſet, demonſtrabat: exquiſitior verbi aut formulae vis ſi enarranda eſſet, non ille diverſarum ſignificationum, ut ita dicam, confinia confundebat, ſed tenuiſſima & aliorum ſenſum fugientia diſcrimina tam perſpicue accurateque definiebat, ut in his etiam geometricam elegantiam facile cognoſceres.

Animadverſiones, quas ſcripſit, habent beatam quandam & felicem rerum ubertatem. Nec tamen quicquam in illis alieni eſt, vel longius arceſſiti. Omnia & apte & ſuo loco dicuntur; ut mirari ſubeat, tam longas animadverſiones ſcribi potuiſſe. Sed talis copia facilis erat ei, qui omnes interiores Graeciae Latiique receſſus teneret. Ne multa: habent ejus commentarii in Ariſtophanem, Lucianum,

Xe-

Xenophontem Ephesium, Hesychium, Thomam Atticistam, alios, verissimam bene interpretandi disciplinam, qua non extat exemplum perfectius. Quo vehementius & justius dolemus, Coam Venerem, Lucianum dico, ab eo non esse absolutam, omninoque pauciora, quam exspectare par erat, ex tam perenni et inexhausto doctrinae fonte ad communem utilitatem permanasse.

Hujus rei quae caussae fuerint, cum saepenumero quaeri soleat, videor mihi reperisse has duas. Primum vir summus tanto legendi meditandique studio tenebatur, vix ut inde avelli posset, et ad ea, quae per nimis multa, ut nobis quidem videtur, adversariorum volumina sparserat, digerenda traduci. Ne ipse quidem diffitebatur, se ad labores, praesertim jussos, quibus sibi liquida illa meditandi voluptas eriperetur, paulo esse tardiorem. Deinde cum nihil, nisi quod omnibus numeris expletum esset, a se exire vellet, majorem posteritatis, quam aetatis suae, ducens rationem, lapsus est, ut fere solent excellentissimi quique artifices, in quandam calumniam sui, ut, quantumcunque adhibuisset curae & studii, tamen nihil satis putaret. Ita, quod Plinius de Protogene, pictore, dicit, *in summa artis intentione minor erat fertilitas*. Huc accedebat, quod, quamcunque rem tractandam sumsisset, eam ita excutere, & cum pulvisculo exhaurire studeret, ut, qui posthac idem agere instituerit, omnem sibi materiam praereptam fateretur. Quibus de caussis

me-

memoriae suae, fidissimo ceteroquin omnium, quae semel legisset, audivissetve, custodi, irasci solebat, si vel leve quiddam, quod eodem pertineret, sibi post editum librum suppeditaret.

Fuerunt, quibus in Luciano ornando nimis cunctatus videretur: a quibus petimus & quaesumus, ut ejus cunctationem comparent cum alterius, qui post ad eundem scriptorem edendum accedere ausus est, festinatione. Reperient profecto, illum cunctando rem restituisse, hunc festinando perdidisse.

Ille autem tot vigiliarum & tot annorum fructus si minus publice apparuit, non tamen iccirco vel exiguus esse, vel periisse existimandus est. Nam vix ullus sive Graecus sive Latinus scriptor est, in cujus margine non tales emendationes, quales a principe Criticorum proficisci par erat, notârit. Pleni sunt castigationum, ut paucorum recensione defungar, Aristophanes, Oratores Attici, Theocritus, Apollonius Rhodius, Harpocration: pleni ex poëtis Latinis, Propertius, Manilius, Valerius Flaccus. Hinc igitur praesidia, hinc ornamenta editionibus a se curandis petant Critices studiosi. Neque verendum est, ne talis thesaurus in dominos literarum rudes incidat, aut dissipatus pereat. Adhuc illum integrum servat Franciscus Hemsterhusius, unus ex tribus filiis superstes, paterni ingenii, animi, & oris imago, qui philosophiam & mathematicas artes cum antiquitatis eruditae scientia ita conjunxit, ut, qua laude magis excellat, difficile sit existimare. Sed

idem inusitata liberalitate totum illum thesaurum Bibliothecae publicae Leidensi, post fata sua, donare constituit, jam nunc fidem suam per me omnibus ita astringens, ut haec publica voluntatis declaratio testamenti vim habere possit. Sic facere decebat filium, qui nobis patrem cum aliis virtutibus, tum animi magnitudine reddit.

Satis multa de Hemsterhusii ingenio & doctrina diximus. Nunc animum contemplemur, utrique facultati vel parem, vel superiorem. Nec alienum est, qui Critici nostri animus & mores fuerint, quaerere, praesertim cum de Criticorum moribus ea inveteraverit opinio, ut nullum eruditorum genus ferocius, truculentius, magisque contentiosum habeatur. Equidem negare non possum, tales & olim fuisse, & fortasse etiam nunc esse. Addo etiam, ridiculas istorum pugnas de verbis & parvi momenti rebus Criticam non leviter infamasse. Veruntamen quis tam iniquus judex est, ut hominum vitium ad artis contemtionem trahat? Nisi vero Jurisprudentia contemnenda est, quod inter Jurisconsultos rabulae, aut Medicina, quod inter Medicos circulatores reperiuntur. Nolim hujus opinionis levitatem cum pari conjunctam iniquitate, pluribus verbis refellere. Sunt Hemsterhusii mores optima Criticorum apologia. Cujus enim famam & existimationem ille unquam scriptis suis laesit? Cujus dissensionem, in tanto doctrinae fastigio, non facile ac leniter tulit? Ne tum quidem, cum res & locus postularent, su-

per-

perbiam maximis meritis quaesitam sumsit. Quid? tantum abfuit, ut aliorum errores exagitaret, ut stultos etiam patientius ferret, quam necesse videretur. Erat Theologus, qui saepe in circulis, ipso praesente, Pindaros, Sophocles & Demosthenes, quos nunquam legerat, loqueretur, eosque velut in lance positos modo tolleret judicio suo, modo deprimeret, omninoque, ut in Latinorum proverbio est, spectante Roscio, gestum in scena ageret. Cum Joannes Albertus, & ceteri, qui aderant, intentis in Hemsterhusium oculis exspectarent, ut hominis vanitatem & impudentiam comprimeret, ille ne verbum quidem. Cur enim, dicebat, hunc minus patiar ingenio suo frui, quam alios, coram me & Schultensio, in pari inscitia, de pulpitis jactantes Graecarum & Orientalium scientiam literarum?

Sed non est, quod magnopere miremur aut aliorum intolerabilem fastum & superbiam, aut hujus amabilem humanitatem. Illi enim ex his studiis nullum, nisi eruditionis, fructum petunt: cujus vis quae potest esse in animum & mores? Hic non unam eruditionem, sed inprimis vitae & morum elegantiam, omninoque veram sapientiam inde sibi hauriendam ducebat. Ac morum quidem venustas non solum per ejus libros fusa est, sed etiam in sermonibus, omnibusque vitae actionibus ita lucebat, ut non tam sibi & Musis vixisse, quam inter fortunatos beatosque homines aetatem egisse videretur. Sermo familiaris etsi tam accuratus & eruditus erat, ut

meditatum diceres, tamen nihil habebat affectationis molestae. Immo haec gravitas temperabatur incredibili humanitatis festivitatisque condimento. Nam & ipse naturae vi abundabat sale atque urbanitate, & praeterea omnem leporum & facetiarum florem ex antiquis et novis scriptoribus libarat. Itaque vix alium ex eruditorum ordine vidimus, cujus consuetudo a principibus etiam viris impensius expeteretur. Non habet patria proceres illustriores, prudentiores, et bonis artibus ad omnem humanitatem magis excultos, quam fratres, Guilielmum et Carolum Bentinckios. Atqui illi fateri et prae se ferre non dubitant, se nunquam, nisi meliores aliqua parte et doctiores, ab Hemsterhusio discessisse. Ac nescio, majorine gloriae sit Hemsterhusio, Bentinckiis placuisse, an Bentinckiis, Hemsterhusii virtutes intellexisse.

Animus ejus erat, qualem esse oportebat tot sapientum praeceptis conformatum, unius verae & solidae virtutis admirator, contemtor rerum fluxarum & humilium. Roboris quantum in eo fuerit, hoc documento cognoscere licet. Venerant ad eum Franequeram nobilissimi e primaria gente Wassenaria hospites, biduum hilare sumturi. Cum omnes accubuissent, animis ad laetitiam remissis, ecce, literis fit certior, filium summae spei, Jacobum, qui sibi decus ex militia navali petebat, procul a patria morte immatura periisse. Quid ille? Vultu nihil mutato seponit literas, simulat hilaritatem, acerbissi-

mum.

mumque dolorem per biduum pectore premit, quod jucunditatem, cui se hospites dederant, muliebri & nihil profutura ejulatione contaminari nolebat. Tali constantia germanus ille Socraticae disciplinae alumnus, Xenophon, nuntiata inter sacrificandum filii Grylli morte, luctum distulit, dum solemne sacrificium peregisset.

Ostentationem & inanem pompam oderat cum in reliqua vita, tum in docendo; ut exteri, qui ad ejus lectiones venissent, vix crederent, hunc esse illum Hemsterhusium, de quo tot ac tanta praedicari audivissent. Famae & magnae de se opinionis prope negligens erat, minime omnium curans plausum vulgi, cui propterea paene ignotus vixit. At quo minus gloriam venabatur, eo magis ad eum sponte veniebat. Quis enim nescit, omnes omnium gentium eruditos una voce, una sententia regnum in literis ad ipsum detulisse?

Prudentia, dubito, an unquam major & praestantior fuerit in ullo homine erudito. Credebat Epicharmo, nervos & artus prudentiae esse, non temere credere, tenebatque, si quis alius, artem difficillimam tacendi suo tempore, & loquendi. In consilio capiendo cautus, consideratus, &, si quaeris, lentus: quippe omnes in utramque partem rationes videbat, & magno judicio ponderabat: sed idem, ubi semel quid decrevisset, constans & firmus. Alienus a suspicionibus: sed idem latebrarum, quae in animis hominum sint, sagacissimus explorator.

Sed prudentia, quae vitam privatam attingit, ſi in eo ſumma & ſingularis fuit, forſitan minus mirum videatur. Unde vero ille, qui nullam reipublicae partem attigiſſet, tantam hauſerat rerum civilium ſcientiam? Nempe cum eam non experiundo ſibi comparare poſſet, uſus et experientiae vicariam adſcivit philoſophiam, inprimisque omnis priſcae et recentioris aetatis hiſtoriam. Ex qua virtute Academia Batava uberrimum fructum tulit. Nactus enim ampliſſimum theatrum, in quo civilis illa prudentia ſpectaretur, foederatorum Belgarum hiſtoriam nova et inuſitata ratione tradere coepit. Indagabat veras cauſſas, ex quibus res geſtae penderent, remotis ſimulationum involucris, quibus tegerentur; conſilia principum et populorum cur bene, cur ſecus cecidiſſent, explicabat; quid expetendum, quid fugiendum eſſet, demonſtrabat; efficiebatque adeo, ut diſciplina ſua prudentiae civilis magiſtra & eſſet & haberetur. Inprimis heroum Batavorum ingenia & mores tanto artificio pingebat, ut non literarum Profeſſorem, ſed Polybium aut Tacitum cathedrae impoſitum dixiſſes.

Tali ingenio, doctrina et ſapientia fuit Hemſterhuſius, cujus ſimilem Criticum nos haud vidimus; poſteri ut videant, bonarum literarum cauſſa vehementer optamus.

F I N I S.

RICHARDI BENTLEII

EPISTOLAE DUAE

AD

TI. HEMSTERHUSIUM.

ERUDITISSIMO VIRO,

TIB. HEMSTERHUISIO

S. P. D.

RICHARDUS BENTLEIUS.

Dum mane occupatus eram in ſcribendis meis ad Horatium annotationibus, & in recenſendis foliis, quae jam tum a typographo acceperam; venerunt ad me gratiſſimae tuae literae, per Sikium Londino huc miſſae; in quibus & eruditio tua ſingularis

 elu-

elucet cum summa humanitate conjuncta, & egregius erga me amor & voluntas. Quamobrem, ne longiore mora exspectationem tuam morarer, deposito statim Venusino nostro, Pollucem arripui; & quae de singulis locis mihi sub *κρίσιν* & conjecturam veniunt, jam hoc ipso die ad te *αὐτοσχεδιάζω*. Locus primus est IX. 57. *ὁ δὲ χρυσοῦς ςατὴρ μνᾶν ἐδύνατο* &c. Nihil hoc falsius dici potest; neque vacat nunc quaerere, quomodo rem expediant Salmasius, Gronovius, aliique quos memoras. Certam tibi emendationem praestabo, *ςαθμὸς* pro *χρυσοῦς*, ut ex toto loco clare ipse videbis: *ὁ δὲ* ΣΤΑΘΜΟΣ *ςατὴρ μνᾶν ἠδύνατο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱςαμένοις, τὴν μνεῖν τῆς ῥοπῆς ςατῆρα ὀνομάζουσι. καὶ ὅταν εἴπωσι Πενταςάτηρον, πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, ὡς ἐν τῇ Ἱπποκράτους Παρακαταθήκῃ· Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς, Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰδὼς τρυφᾷν, Πενταςάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω· ἔςι δὲ καὶ* ΝΟΜΙΣΜΑ *ςατὴρ, ὡς ὅταν εἴποι Ἀριςοφάνης* &c. Ex ultimis verbis *νόμισμα ςατὴρ* luce ipsa clarius est, supra non actum esse de Statere *Nummo*, sed *Pondere*: neque locum ibi habere *χρυσοῦς* (quod de solo *nummo* dicitur) sed corrigendum *ςαθμός*. Nempe notissimum est, Nummos & pecuniarum summas nomina sua olim a Ponderibus accepisse: inde idem vocabulum & in Ponderibus & in Nummis eundem locum habuit: Postea nummorum singulorum pondere mutato & diminuto, nominibus tamen (a pondere ductis) adhuc

ser-

ſervatis, immane quantum diſcrepabat, de ponderibus, an de nummis loqueretur qui vocabula illa uſurparet Haec comperta ſunt, neque exemplis eſt opus. Ergo opponuntur hic & Σταθμὸς & νόμισμα; ut paullo ante: Ἦν δὲ καὶ μνᾶ ςαθμοῦ τε καὶ νομίσματος ὄνομα; & ſaepe alibi tam apud Hunc, quam apud Alios. Στατὴρ igitur, cum de Pondere dicitur, *valebat*, ait, μνᾶν *minam*; hoc eſt, aequiponderabat minae: id probat, quia ἐν τοῖς ἱςαμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς ςατῆρα ὀνομάζουσιν, hoc eſt, quia *mina* ponderis ipſo nomine *Stater* a ponderantibus vocaretur. Quippe ſi idem *nomen* habeat, habeat utique eundem *valorem*, ut barbare dicam. Tum aliud profert argumentum ex Ἱπποκράτους poëtae fabula, qui voce πενταστάτηρον (de pondere) pro πεντάμνουν uſus eſt; ergo ſtater idem ac Mina. Sed pro Ἱπποκράτους corrige vel Κράτους (ut alibi Pollux, ubi hunc ipſum locum citat, vel, ut ibi Codex Voſſianus, cujus lectiones variantes habeo, Σωσικράτους) vel propius ad vulgatam hic lectionem Ἐπικράτους, qui paſſim Athenaeo, aliisque laudatur. Sequitur ipſe locus ad Jambos a nobis ſupra redactus; ſed verſu ſecundo pro εἰδὼς, lege εἰωθὼς τρυφᾶν· ſententia eſt, Si quis ex plebe illa urbana, albus & Soli inſuetus, pinguis, piger, luxuriae deditus, vel leviſſimum ligonem vix quinque librarum pondere ſuſtulit, ſtatim *anhelus* ſit & ilia ducit, ΑΝΩ γίγνεται, ut Horatius noſter: SVBLIMI *fugies mollis anhelitu*, quod Vir magnus, Julius

Scaliger ſe ex toto Galeno negavit capere poſſe. Verba jam, opinor, ſatis illuſtravimus: rem ipſam, nempe Staterem *ἐπὶ ϛαθμοῦ* valere Minam, jam confirmatum dabimus. Pollux lib. IV. 173. *Σταθμῶν ὀνόματα.* ΣΤΑΤΗΡΑ, ait, *οἱ τῆς Κωμῳδίας ποιηταὶ τὴν* ΛΙΤΡΑΝ *λέγουσι. τὴν μὲν γὰρ λίτραν εἰρήκασιν οἱ Σικελοὶ κωμῳδοί. δίκελλαν δὲ πενταϛάτηρον Σωσικράτης ἐν Παρακαταθήκῃ, τὴν πεντάλιτρον.* Sic lego ex Codice Voſſiano, & eſt idem locus qui ſupra ex *Hippocrate* adductus eſt. Sententia eſt, ΛΙΤΡΑΝ, *Libram*, Siculorum pondus, Poëtae Comici Athenienſes ΣΤΑΤΗΡΑ nominant; & ligonem *πεντάλιτρον* Soſicrates dixit *πενταϛάτηρον*. Vides hic ſecundum Pollucem ſtaterem (de pondere dictum) valere libram, *λίτραν*; in altero loco valere minam, *μνᾶν*. Rectiſſime: quippe in Ponderibus *λίτρα* Siculorum idem valebat quod *μνᾶ* Atticorum. Hoc certiſſimum eſt; quia utrumque tam *mina*, quam *libra* ducebat olim pondus centum Drachmarum ſive Denariorum: ut alia argumenta & exempla taceam. Tu, Vir doctiſſime, ſi Anglice ſcis, de *λίτρα* & ceteris nummis ponderibusque Siculorum, multa nova reperies in Diſſertatione noſtra de Epiſtolis Phalaridis. Jam ad proximum, de quo conſulis, locum accedo, qui ſic habet IX. 70. *Ἐν τοῖς Ἀριϛοφῶντος Διδύμοις ἢ Οὐλαύρῳ*, vel, ut MSS. *Διδύμαις ἢ Πυραύλῳ.* quorum utrumque mendoſum eſſe ſatis conſtat; quid reponendum ſit, cum nusquam alibi citetur haec fabula, certo ſcire nefas eſt.

Po-

Poteris, Πυλωρῷ, *Janitore;* poteris Πυραύνῳ five Πυρδάλῳ, hoc eft, χυτρόποδι, *Batillo;* poteris Πυθαύλῃ, *Pythaula.* Sed hoc hariolari eft; primum tamen magis arridet. Tertius locus eft IX. 93. φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασιν ὁ Καλλισθένης ὑπὸ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνείτου τὸν ποιητὴν Περσῖνον ἀμελούμενον, εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα, θαυμάζοντα γράψαι, διότι τὰς Φωκαΐδας ἔχων Ἦλθεν ἥδιον ἐν Μιτυλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρνει καταλλάττει, qui levi manu fanari poteft. lege, Φωκαΐδας, ἃς ἔχων Ἦλθεν, ἥδιον — ἐν Ἀταρνεῖ. Et fententia eft, Callifthenes narrat Perfinum, ab Eubulo fpretum, Mitylenam abiiffe; atque ibi mirabundum fcripfiffe, Quod libentius permutaret (five in victum impenderet) Phocaeenfes quos fecum attulit nummos, Mitylenae, quam Atarneo; hoc eft, fe magis ex animi fententia vivere hic, quam illic. Recte Φωκαΐδας ex MSS. non Φωκαΐτας. Hefych. Φωκαΐς. ὄνομα ἔθνους, καὶ τὸ κάκιστον χρυσίον. lege vero Ἀταρνεῖ; nam nomen urbis Ἀταρνεύς. De Perfino nihil comperi. Sequitur Cratini locus a Salmafio tentatus IX. 99. Πανδιονίδα πόλεως βασιλέως, τῆς ἐριβώλακος οἶσθ' ἣν λέγομεν, καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν. Numeros hic Anapaeftos video, quo certiffimo filo ex tenebris his expedire me poffe videor: lego itaque & ad verfus redigo: Πανδιονίδα, πόλεως βασιλεῦ, Τῆς ἐριπάλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν; Καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν. Quorum haec fententia eft: O Pandionide (orte Pandione) rex civitatis parafitis refertae; Scis quam civitatem dicimus?

mus? Non utique Athenas, ſed quam latrunculis ludunt, κύνα καὶ πόλιν. Hoc a Cratino πέπαικται, ait Pollux. Ergo pro ἐριβώλακος (ex vulgata & MSto Salmaſii qui habet ἐρικόλακος) lego ἐρικώλακος, & propter verſum & parodia ab ἐριβώλακος, quod non *urbi*, ſed *regioni* convenit. Ἐρικώλακος itaque πέπαικεν hic Cratinus, ut Ariſtophanes, ὀλᾶς, Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει, & alia multa. Deinde, ut offenſam vitet, jocoſe ſe non de Athenis urbe, ſed de ludo verba facere, κύνα καὶ πόλιν, quae explicabit tibi ipſe Pollux IX. 98. καὶ τὸ μὲν πλίνθιον (ſic lege, non πλινθίων) καλεῖται πόλις, τῶν δὲ ψήφων ἑκάϛη, κύων. Proximus locus Eupolidis eſt X. 10. Αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ' ἂν ἐπιπλάγιον ἢ κουφὴ κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων. Ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπὼν — ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον· τεσσυγέγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα. Pro iſtis ἐπιπλάγιον ἤ, tu, Vir doctiſſime, refingis, ἔπιπλα ἤγουν ἡ κούφη κτῆσις. ſatis commode, quoad ſenſum. Sed veſtigia literarum vide, & ſic potius ſcribes, ἔπιπλα, οἱονεὶ κουφὴ κτῆσις. Hoc certiſſimum: deinde tentas; Τέως οὖν γέγραπταί σοι τὰ ἔπιπλα. Prope hoc ad literas, ſed nullum ineſt metrum. Lego & diſtinguo, ut ſenarius ſit Jambicus, Παραπλήσιόν τε σοι γέγραπται τἄπιπλα. Sententia eſt, Cum Eupolis prius dixiſſet, ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, mox ſubjunxit (ἐπήγαγε) addidit, *Et ſimiliter deſcripta*, numerata, tibi ſunt τἄπιπλα, *vaſa mobilia*. Τἄπιπλα pro τὰ ἔπι-

ἔκπλα primam fyllabam producit, ut τάμὰ, τάλι-κὰ, &c. Venio ad locum X. 18. ubi verba Alexidis, Ποῖ δέ μ' ἄγεις; διὰ τῶν κύκλων. & fic MS. Voffianus. mox Diphili ῥῆσις ex Excerptis tuis, Καὶ προσέτι τοίνυν ἐσχάραν καὶ νῦν κάδον, ςρώματα, συνὸν ἀσκόπηρα, θύλακον, ὡς που ςρατιώτην ἄν τις· ἀλλὰ καὶ κύκλον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι· τοσοῦτος ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὅσον σὺ περιφέρῃς. Quos Jambos effe recte calluifti, et fic emendas, καινὸν — συνόντα τ' ἀσκοπήρα, — ςρατιώτης — ὑπολάβοις, περιφέρεις. Recte hoc poftremum: totum vero locum, vide, an fic potius refcripferis: Καὶ προσέτε τοίνυν ἐσχάραν, κενὸν κάδον, Στρώματα, σίγυνον, ἀσκόπηραν, θύλακον. Ὡς που ςρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον Ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὸν βαδίζειν ὑπολάβοι· Τοσοῦτος ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὃν σὺ περιφέρεις. Servulum, credo, aliquem alloquitur quis, variis utenfilibus humeros oneratum. Tot res, inquit, cervice geftas, ut Militem te effe exiftimet quivis (Scis milites olim omnia arma et utenfilia fua fuis humeris in agmine portaffe) vel potius κύκλον et totam turbam ῥωποπωλῶν ex foro domum redire: Tanta vaforum vis eft, quam tu portas. Κενὸν κάδον, ne, fi vino plenum effet, impar effet fervulus tot rebus geftandis. αι autem et ε paffim inter fe mutari, nullus dubito, quin probe fcias. Σίγυνον, quod et metro et fententiae aptum; *haftam ferream*; inde fequitur, quod ςρατιώτην effe fufpicetur quis. ὃν σὺ pro ὅσον σὺ clara correctio eft. Κύκλος vel κύκλοι erat locus in Foro, ubi σκεύη uten-

utenſilia venibant: *Credat itaque* aliquis ipſum κύκλον cum omnibus ſuis vaſis ex foro ambulare: adeo onuſtus es omni genere vaſorum. Atque hactenus, ut expedite, ita, ni fallor, feliciter res proceſſit. Quae vero poſtea quaeris, ſunt ejusmodi, ut nullus ſit conjecturae locus: adeo curta, mutila et mendoſa ſunt. X. 76. *ſcapham*, inquit, Ariſtophanes vocat, in quam invomunt, ut καὶ ἡμισκαφῆς δ' ἐν ϛι ἐν ποδολονίων ἐμοῦμεν. quod ſic ipſe tentas, Καὶ ἡμῖν σκαφή 'ϛ' ὡς ἂν ἐν τῇ ποτὸν οἶνον ἐμοῦμεν. Nihil video, niſi Tetrametri verſus veſtigia,

Καὶ μὴν σκαφή 'ϛ' υ - υ --- υ - ἐμοῦμεν, quale illud,
Ἄνδρες φίλοι, καὶ δημόται, καὶ τοῦ πονεῖν ἐραςαί.

Nolim autem, ut conjecturae tuae fidas; neque enim metrum ullum, nec Graecam orationem ſervat. Cetera piget deſcribere: neque enim nunc otium eſt; ſi vellem nervos intendere, et extundere aliquid. Tu igitur haec, qualiacumque ſunt, aequi bonique conſule, et raptim bene vale.

C L A-

CLARISSIMO VIRO,

TIBERIO HEMSTERHUISIO

S. P. D.

RICHARDUS BENTLEIUS.

Jam ſeptimana, credo, effluxit, ex quo literas tuas optatiſſimas per adoleſcentem Danum accepi, in quibus ſerio videris laborare, ut a negligentiae te crimine purges, quod epiſtolio a me olim accepto tam ſero demum reſcripſeris. Nae tu parum adhuc me noſti, ſi aut id me credis ſuccenſuiſſe; aut adeo iraſci facilem, ut tam operoſa excuſatione tibi opus fuerit. Non enim tam grande pretium emendatiunculis meis ſtatuere ſoleo; ut ſingularem aliquam gratiam inde ſperem, aut exigam. Facile enim & quaſi ſponte mihi ſolent ſubnaſci: & iniquum plane eſt, quod minimo mihi labore conſtet, id poſtulare magnae gratiae mihi apponi. Tu tamen haud contentus exquiſitiſſimis verbis grates mihi perſolvere, etiam elegantiſſimo Lucianei libelli munere demereri me voluiſti. Quin,

Quin, ut magis magisque in tuo aere ſim, variantes Flacci lectiones ex codice ſcripto polliceris, accurata tua opera deſcribendas. Enimvero ob tam prolixam tuam humanitatem, non dici poteſt, quam devinctum tibi me ac obſtrictum habeas. Scias autem, amice praeſtantiſſime, me ejusdem Franekeriani libri lectiones e bibliotheca Franciana emtas a Praeſule Elienſi dudum habuiſſe: quas tamen indiligenter & perfunctorie deſcriptas eſſe ſatis mihi compertum eſt. Tu, ſat ſcio, longe plures & fideliores inde depromeres: neque tamen, cum meliores aliquot Codices aliunde ſim nactus, operae pretium fuerit te iſto labore & taedio cruciari. Si ipſius Codicis (quod Ancherſenius non deſperare juſſit) vel biduum tantummodo mihi copia fieri poſſet; crediderim equidem nonnihil fructus ad editionem noſtram inde perventurum. Ego enim vel ex ipſis lituris multa expiſcari poſſem, quae alius cujusvis Animadverſionum mearum inſcii & oculos & mentem fugere eſt neceſſe. Tu, quod commodo tamen tuo fiat, experieris, an ex clauſtris Bibliothecae codex ille huc evolare poterit.

Ceterum ob nitidam illam & magnificam Pollucis editionem (cujus exemplar continuo ut prodiit mihi comparavi) quas tibi gratias ſatis dignas referemus? Deus bone, quae induſtria, quae eruditio, quod judicium, quod acumen, quae fides ubique elucet? Unum tibi defuiſſe doleo (quod a vera amicitia profectum aequis auribus accipies) majorem rei Metri-

cae

cae peritiam. Cum enim cetera in Polluce fere omnia non ita magno labore expediri & reſtitui poſſint ex aliis Lexicis; in fragmentis vero Poëtarum, quae ſubinde adducuntur, recte refingendis is demum arduus ſit labor & periculoſus: haec qui ſine rei metricae doctrina auſit attingere, perinde eſt, ac ſi in Labyrinthum ſe conjecerit, ſine fili praeſidio exitum tentaturus. Certe qui ſyllabarum omnium quantitatem & omnigenorum verſuum menſuram in numerato habet, ei πόριμα erunt multa & facilia, quae aliis hac ſcientia deſtitutis prorſus ſunt ἄπορα. Quare obſecro te, vir eximie, & magnopere hortor, ut & hanc eruditionis partem ceteris, quas cumulate adeo poſſides, velis adjungere; grande, mihi crede, operae pretium & mirificam quandam voluptatem inde laturus. Animos autem tibi addat, documentoque ſit celeberrimus noſter Kuſterus; qui ubi primum in Britanniam appulit Editioni Suidae manum admoturus, Proſodiae vero ultra Hexametros & Elegiacos fere imperitus, me auctore & ſuaſore, ſedulam huic doctrinae operam navavit. Quid autem ille eximium ſive in Suida, quem emendatiſſimum dedit, ſive in Ariſtophane, quem nunc in manibus habet, perficere potuiſſet? Nihil certe in ejusmodi fragmentis absque hac ope proferre, immo ne de aliorum quidem conjecturis judicare & cognoſcere licet. Quamobrem, etſi paullum otii nactus dieculam hanc tibi impendere ſtatui, et integrum Pollucis librum decimum percurrere, quem tu jure

omnium difficillimum esse questus es; haud tamen mirer, si quae ego pro certissimis habeo, tibi, ut nunc est, incerta, dubia, falsa videantur. Ea tamen postea, ubi in Metrica arte versatior fueris, τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ clariora tibi visum iri, haud vanus vates praenuntio X. 11. Ridicule Kuhnius, in Prosodia plane hospes, et Jungermanno longe inferior; Καὶ — σκεύη οἰκητήρια. Senarius ille sic legi et distingui debuit, Καὶ ναὶ μὰ Δί', ἄλλα σκευάρι' οἰκητήρια. Sect. 12. Menandri locum sic lege,

—— ὅσ' ἐστὶ μαλακὰ, συλλαβὼν,
Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπήδα φίλος.

Necessarius est hic jambus φίλος ex MSS, non stare potest spondaeus θᾶττον. *Vasa tua colligens, amice, exili ex urbe.* In Diphili loco, male factum, quod ἐκ δόμου in textu posueris pro vulgato ἐκδράμει, Sic totum refinge:

—— εἶτα μαλακὸν, ὦ δύστην', ἔχεις
Σκευάριον, ἐκπωμάτιον, ἀργυρίδιον.
Οὐκ ἐκδραμεῖ λαβὼν τόδε, καὶ δώσεις ἐμοὶ
Παρακαταθήκην;

Ἐκδραμεῖ Atticum pro ἐκδραμῇ ab ἐκδραμοῦμαι. Cetera jam facilia. Sect. 17. Aristophanis locus sic ponendus:

— καὶ

——— καὶ τὸν ἱμάντα μου·
Ἔχουσι καὶ τἀνάφορον ———

Illud Alexidis ibidem, Ποῖ δέ με ἄγεις διὰ τῶν κύκλων, ſic reſcribe — A. Πῆ δή μ' ἄγεις; B. διὰ τῶν κύκλων. Dialogus eſt, *Qua me ducis? per cyclos.* Recte Vulgati πῆ *qua*, non ποῖ *quo*. Sequentem autem Diphili locum credo me antea tentaſſe, ut conjicio ex tua Epiſtola. Meae enim exemplar non ſervavi, neque nunc, quid ſcripſerim, memini. Locus autem ſic conſtituendus videtur:

Καὶ πρὸς ἔτι τοίνυν ἐσχάραν, κλίνην, κάδον,
Στρώματα, σίγυνον, ἀσκόπηραν, θύλακον.
Ὥς που στρατιώτην ἄν τις, ἀλλὰ καὶ κύκλον
Ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὀρθὰ βαδίζειν ὑπολάβοι.
Τοιοῦτος ἐσθ' ὁ ῥῶπος, ὃν σὺ περιφέρεις.

Κλίνην tu recte pro καὶ νῦν· Epitheton enim hic locum non habet. Pro συνὸν ſine dubio repone σίγυνον· inde *militi* eum comparat. Quodſi et antea σίγυνον in Epiſtola emendaverim, illud indicio erit, veram eſſe conjecturam, quae bis ex intervallo in mentem venerit. Porro Sect. 21. locus *Antiphanis* (ſic enim recte MSS. et plura hujus et Diphili fragmenta apud Athenaeum extant, quae ex hujusmodi γλώσσαις et affectatis vocabulis quaerunt riſum; nulla Ariſtophanis, qui odio habebat illa φορτικὰ) ad Senarios redigendus eſt, ſi Kuhnium audimus. Dii

boni! ne veſtigium quidem ſenarii eſt in tribus illis, quos concinnavit; ut plane nauſeam mihi moveant. Tu vero tetrametros Trochaicos ſic refinge et colloca:

A. Ἂν κελεύῃ με ϛαθμοῦχος. B. ὁ ϛαθμοῦχος δ' ἔϛι τίς;
Ἀποπνίξεις σὺ δή με καινὴν πρός με διάλεκτον λαλῶν.
A. Εἰ πιτάττοι μοι ϛέγαρχος.

Binae, ut vides, ſunt perſonae; quarum prior novo vocabulo utitur *ϛαθμούχῳ* pro *οἰκοδεσπότῃ*· quod altera ſe negat intelligere. Prior vero ineptire pergit; et quaſi *σαφέϛερόν τι* dicturus, aliud verbum adhibet aeque ignotum. Nam *ἂν κελεύῃ με ϛαθμοῦχος*, et (ex noſtra Emendatione) *εἰ ἐπιτάττοι μοι ϛέγαρχος*, idem ſignificant. Sect. 33. Locus Ariſtophanis, *τί μ' ὦ πόνηρ' ἐξορίζεις ὥσπερ κλιντήριον*, mendoſus eſt ſine dubio. Sed corrigendi viam certam non poſſum inire; quia *τὸ μέτρον* hic non agnoſco. Sect. 35. legerim, ex Scirone Satyrico:

Σχεδὸν χαμεύνῃ σύμμετρος Κορινθίας
Παιδὸς, κνεφάλ:υ δ' οὐχ ὑπερτενεῖς πόδα.

σύμμετρος εἶ τῇ χαμεύνῃ· non procerior es lectulo Corinthiae cujusvis ancillae. Sed haec aptius conveniunt Procruſtae (ſcis hiſtoriam) quam Scironi: adeo ut forte in eadem fabula de utroque poenas ſumſerit Theſeus. Sect. 39. Ariſtophanis *ἐν δὲ Δαναΐσι*, Τῶν *χειρῶν ἔργα μνοῦς ἐϛι.* Nulla hic ſententia, nullum metrum. Nimirum ſunt verba Pollucis,

cis, (non Comici) et ſic corrigenda: Ἐν δὲ Δαναΐσιν τῶν χηνῶν πτερὰ μνοῦς ἐςι. *In Danaiſin* μνοῦς *anſerum plumam ſignificat*. Atque hoc verum eſt. Ibid. apage illud Hyperidis ὑπὲρ νικᾶς; quod temere in textum recepiſti ex inſulſa conjectura Kuhnii. Quis dubitet poſt ὑπὲρ ſequi viri nomen; ut in reliquis Hyperidis terque quaterque apud Harpocrationem. Ergo Μικάλου pro μίκας· οὐ enim a ſequente ὀνομάζειν facile abſorberi potuit. Sect. 41. Ὠνητο etc. Placet vulgatum ὠνητιῶν; et ſic conſtitue,

Ὠνητιῶν τὸ δέρμα τοῦ θηρὸς —
ῥάψας ὅλον
Σάξαι κνεφάλῳ.

Jam in illo Chionidae Sect. 42, Πολλὰς δ' ἐγὼ δ' ἀκούω κατά σε νεανίας, quod in metri legem graviſſime peccat, beaſti quod corrupta illa Falkenburgiani codicis ἐγὼ δακοὺ et ἀτέχνους non invidiſti nobis: Ecce enim ex illis ruderibus veram tibi lectionem praeſto:

Πολλοὺς ἐγῷδα, κοὐ κατά σε, νεανίας
Φρουροῦντας ἀλύχνους, κἀν σάμακι κοιμωμένους.

Novi, inquit, *multos adoleſcentes*, *atque eos non tuae ſortis*, vel, *non tui ſimiles*, *excubantes ſine lucerna*, *& ſuper arundinem dormientes*. Ἄλυχνος eodem ſenſu Euripidi dictum apud noſtrum VII. 178.

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥσπερ θὴρ, μόνος.

 Sect. 46.

Sect. 46. in illo Antiphanis pro *ἐν χαλκοῖς*, vel, ut Aldi editio, *οὐ χαλκοῖς* ſupra extat in IV. 183. *εὐλαμπρῶς*. Et ſane cum *πάνυ* adverbium hic convenit: lege

—— κατεσκευασμένος
Λαμπρότατον ἰατρεῖον εὐχαλκῶς πάνυ,
Λουτηριοῖσιν, ἐξαλίπτροις, κυλικίσιν,
Σικύαισιν, ὑποθέτοισιν —

Sect. 55. Strattidis verſus ſic in ordinem redigendi ſunt; non ut Kuhnius dedit abſurdiſſime; ut confidentiam quidem hominis mirer, qui id auſus ſit profiteri, quod nec hilum intelligebat,

—— πρόσθ' ἄγε
Τὸν πῶλον ἀτρέμα, περιλαβὼν τὸν ἀγωγέα
Βραχύτερον. οὐχ ὁρᾷς, ὅτ' ἄβολος ἐσθ' ἔτι;

Πρόσθε ἄγε, *produc equum placide:* *ἔτι* quoque neceſſarium et ſententiae et verſui, ab *ἐστι* abſorptum eſt. Sect. 58. Locum Philyllii, in quo ſolemniter delirat Kuhnius, ſic reſtitue: *Καὶ πινακίδα δ' ἂν εὕροις ἐν ταῖς Φιλυλλίου Πόλεσι, λέγει γέ τοι Δωρίζων,*

Ἐκ τᾶς πινακίδος ἀμπερέως, ὅτι κῆν λέγοι
Τὰ γράμματ', ἑρμήνευε.

Πινακίδα, inquit, *invenias in Philyllii Πόλεσι. dicit autem Dorice, Interpretare tu clare ex ta*

bu-

bula, *quid literae significent*. Vides, opinor, Dorismum ἐκ τᾶς et ἀμπερέως (σαφῶς, idem quod διαμπερέως, vide Hesych.) Nimirum persona hic inducitur vernacula lingua utens Dorica; unde Πόλεις credo nomen dramati inditum; quod variarum urbium cives sua quisque dialecto ibi loquebantur. Sect. 62. Antiphanis locus est; ubi ξυνακόλουθος a versu repudiatur. Eleganter et vere Salmasius Ἀξυνακόλουθος, ξηρὸς, αὐτολήκυθος. i. e. *incomitatus*. quod omnino in textum recipiendum erat. Poteris etiam sic refingere,

Ξυνηκολούθεις ξηρὸς, αὐτολήκυθος.

Sed alterum illud sententiae videtur aptius. Sect. 63. Optime dedit locum Eupolidis Jungermannus, ex necessitate metri,

Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον,
Ὥσπερ λεχὼ στρατιῶτις ἐξ Ἰωνίας.

Clara sententia, *Qui urnam & ahenum portas; tanquam puerpera Ionica, castra sequens*. Nempe in Ionia, ubi disciplina militaris non admodum vigebat, mos erat, ut uxores comitarentur suos maritos militantes: ubi si quae forte peperisset, vasa circumferebat balneatoria. At bonus vir, Kuhnius στρατιώτης hic in senario ponit: quod perinde est, ac si sic in Virgilio legendum contenderet, *Tityre tu*

 pa-

patulae recumbens ſub tegmine fagi. Vides, opinor, ὦ φίλη κεφαλὴ, quantivis eſſe pretii leges metricas rite callere. Sect. 64. Locus Aeſchyli, Λίνα δὲ πίσσα, καὶ ὠμολίνου μακροὶ τόνοι. Sine dubio ſenarius erat, ſed λίνα ſtare hic non poteſt, cum poſteriorem corripiat; at λινᾶ a λινοῦς optime: tum autem requiretur ſubſtantivum plurale. Lege igitur, ſi libet,

Λινᾶ δὲ γεῖσσα, κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Heſychius in Γεῖσα, ἔνιοι δὲ, inquit, τὰς ὤας τοῦ ἐνδύματος γεῖσσα λέγουσιν· ita ibi legendum, non γείσας. *Lineae*, inquit, *fimbriae*, & *crudi lini teniae.* Sed, cum Editio Aldina habeat λινάδες πίσσα, et Codd. MSS. λίνα δὲ σπίσσα; merito illud ſigma haud temere irrepſiſſe videatur. Verius igitur, credo, reponas,

Λινᾶ δὲ σπεῖρα, κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Sect. 65. Antiphanis locus, καὶ τὸ χερνίβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφὴς, ut ſenarium clare ſe oſtendit fuiſſe, ita et ſic eſſe corrigendum, Τὸ χερνιβεῖον, non χερνίβιον. Lego equidem totum ex Falkenb. Τὸ χερνιβεῖον πρῶτον ἐκ πομπῆς ἄφες, vel ἀφεὶς. Sed, excepto χερνιβεῖον, nihil hic certum. Jam vero ſect. 71. in Epicharmi ſenario ferri non poteſt δηλοίμην; requiritur vi metri vel δηλοῖ μὲν, vel δηλοῖμεν, vel fortaſſe,

Οὔτ'

Οὔτ' ἐν κάδῳ δὴ λῶμεν, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.

λῶμεν, *volumus*, ut λῇς, *vis*, λῶντι, *volunt*, Δωρικῶς Sect. 73. sic constitue locum Antiphanis:

—— ἀσκοπυτίνην τινὰ
Λίψους ἀρωγόν ——

Sect. 74. Aristophanes ἐν δὲ τῷ Γήρᾳ, 'Εφ' ὑδρίαν δανείζειν πεντέχουν ἢ μείζονα. Atqui senarius haud recte procedit: quod ut fiat, lege minima mutatione, 'Εν δὲ τῷ Γήρᾳ ἔφη,

'Υδρίαν δανείζειν πεντέχουν ἢ μείζονα.

plane, ut infra sect. 76. Κρατῖνος ἐν Ὥραις, 'Εφ' ἡμῶν, pro ἐν Ὥραις ἔφη, Μῶν &c. Ceterum corruptior est Polyzeli locus sect. 76. sed metri vestigiis insistens sic veram lectionem eruo:

—— λεκανίῳ γ' ἄρα
Πρῶτον μὲν ἀπονίψεις, ἔπειτ' ἐνεξεμεῖς,
'Ενεκπλυνεῖς, ἐναποπατήσεις, Φαυλία.

Primum, ait, *in* λεκανίῳ *lavabis adhuc puro: postea ad spurciora eo abuteris*. Vide autem, ut una cum metro sententia quoque belle procedat. Quis neget, ἔπειτα necessarium esse post πρῶτον? quis in ἐναποβάσεις, quod nihil est, non agnoscit

τὸ ἐναποπατήσεις? Denique pro Κυανία nomine inaudito, ecce tibi de machina triſyllabon Φανίας, Perſona apud Menandrum & alios comicos notiſſima. Ceterum nota illud, ἐνεξεμεῖς, quod futurum notat Ἀττικῶς, ut plura alia tibi ſine dubio non incognita. At ſequitur deploratus plane locus Ariſtophanis, Καὶ ἡμισκάφης δ' ὡς ἔν τι εἰποδιλονιων ἐμοῦμεν· ex quibus depravatiſſimis, tu nobis, amice, horribilem verſum effinxiſti, plane ἄμετρον & ἄμουσον. At dehinc, ſi me audis, & artem metricam aſſequeris, id ſaltem diſces quod quantivis eſt pretii, tacere potius, quam nihil dicere. Ego vero ex prima facie catalecticum tetrametrum hic agnoſco: ut proinde aut talis verſus hinc excudendus ſit, aut omnis opera ludatur. Vis ergo, ut hariolari incipiam? age, aut veram lectionem tibi dabo, aut ſaltem Ariſtophane non indignam; lege igitur,

Κἀμοῖν σκάφην δὸς, ὥςε μὴ 'ς ποδάνιπτρον ἐξεμῶμεν.

Et nobis ſcapham da, ne evomamus in aquam qua pedes abluendi ſunt.

Poſſit & ſic, Κἀμῖν σκάφης δεῖ, μήποτ' ἐς &c.

Sed hoc, ut dixi, eſt hariolari: nam & animadverto te aliter paullo in Editione, aliter in Epiſtola ad me ſcripta, codicis verba exhibere. Si ipſa Excerpta Falkenburgiana viderem, certius fortaſſe aliquid extunderem. Sect. 78. in Dioclis ſenario neſci-

ſcivit bonus Kuhnius ποδανίπτηρ ſecundam ſyllabam corripere. lege autem,

Ὑδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανίπτηρ, ἢ λέβης.

Quin & Jungermannus (etſi altero, ut dixi, longe melior) ſect. 79. in Pherecratis loco ſenarium inchoat ab Εἰσέκρουσεν; plane contra artem. Tu vero Tetrametrum puta, & ſic conſtitue,

Λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος, τὸν πύνδακ' εἰσέκρουσεν.

Sect. 82. in Cratini loco, nollem caecum ducem ſecutus eſſes Kuhnium, in κᾆτ' ἄλφιτα. Quam otioſum enim ibi τὸ εἶτα? quam neceſſarius articulus τὰ ἄλφιτα, ut ὁ βοῦς, ἡ μαγίς? Ergo ſaniſſima eſt vetus lectio:

Ὁ βοῦς ἐκεῖνος, χ' ἡ μαγὶς, καὶ τἄλφιτα.

Porro Phrynichi locus ſect. 86. Κἂν ὀξυβάφῳ &c. eſt Anapaeſticus Ariſtophaneus; ſed deficit uno pede anapaeſto:

Κἂν ὀξυβάφῳ χρίεσθαι — τρεῖς χοίνικας ἢ δύ' ἀλεύρων.

neque vero ſine Codice ſuppleri debet ex conjectura. lege inſuper paullo ante, ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους, non γης; ut hic ἐν ταῖς Φρυνίχου Μούσαις. Eodem ver-

versus genere habetur Metagenis locus sect. 88. sic collocandus:

— ὡς ἂν
Πολλαῖσι παροψίσι καὶ καιναῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

ut & alter iste ex Aristophanis Tagenistis,

Τὸ δ' ἔτνους ἐν ταῖς κυλίχναις τουτὶ θερμὸν, καὶ
τοῦτο παφλάζον.

Metrum ipsum efflagitat ἔτνους & τοῦτο, non ἔτνος & τουτὶ quod ultimam producit. Eleganter vero ἔτνους casu genitivo. ἔτνους τουτὶ καὶ τοῦτο. *Pultis pars calida, pars bulliens.* Sect. 90. in Cratetis loco, nollem te a scriptura Codicis discessisse,

Ὁ κάνης δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ.

Nam τὰ κανίσκια δὲ &c. quod tu dedisti, peccat in leges metri. Totus locus sic videtur legendus: Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ κανᾶ καὶ κάνητα καὶ κανίσκια. Καὶ κάνης μὲν Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν, Ὁ κάνης δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ (ubi κάνης videtur esse *storea, teges*) κάνητος vero Aristoph. Acharn. κανισκίῳ in Gerytade. vel forte κανίσκια rejiciendum, & κανίτια recipiendum ex VI. 86. Sect. 91. Eupolidis versus Trochaicus est, sic describendus:

Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας.

Sed

Sed Pherecratis locum tangere non ausim, adeo deformis est; si modo recte illum ex MS. exscripsisti. Ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοὶ ἀποβάνθ' ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν. Sed ex fine tamen subodoror esse Aristophaneum σπουδαΐζοντα. Tentemus igitur ad illud metrum redigere, Ἀλλ' ἐν κοίταις ἔνι γ', οὔτ' ἀπόβληθ', ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν. *Sed in arcis insunt, non spernenda quidem, quae eramus pransuri.* Ἔνι id est ἔνεστι· ἃ ἐμέλλομεν contracte ἃ 'μ. ut syllaba fiat longa, quam versus exigit. Sect. 93. Nicocharis verba duos senarios efficere pronunciat Kuhnius, qui ex numero syllabarum, non quantitate, senarios metiri videtur: melius paullo Jungermannus. Tu sic lege:

Σόφαις τε (vel Σοφαῖσι παλ.) παλάμαις τεκτόνων εἰργασμένον
Καὶ πολλ' ἐν αὐτῷ λεπτ' ἔχων καδίσκια, Κυμινοδόκον —

vel etiam τέκτονος ἀπειργασμένον. Sect. 94. in Anaxippi loco apage illud στάθητι, quod versus respuit. lege, Τὴν μυιοσόβην λαβὼν παράστηθ' ἐνθάδε. & ibidem Aristophanis locum sic dederat Pollux,

Φέρε τοὺς ὀβελίσκους ἵν' ἀναπήξω τὰς κίχλας.

Varia lectio ἀνκπήξω, ἀναπείρω· atque haec melior. Sect. 98. in Teleclidis loco emendatio tua σίζοντα melius se tutabitur, si sic legeris:

Τὰ

Τὰ δὲ τηγάνῳ σίζοντα σοι μολύνεται.

quod ſine dubio verum. Quot enim *τήγανα* una *ἔσιζον*? adde quod *τήγανον* non poteſt *μολύνεσθαι*, corrumpi, dum *σίζει*; ſed poſtquam deſtitit *σίζειν* humore conſumto, tum corrumpitur, niſi ocius de foco tollitur. Denique *ὄψα ἐν τηγάνῳ σίζουσιν, οὐκ αὐτὸ τὸ τήγανον.* Ariſtophanes quidem loco a te laudato *τάγηνον τευθίδων σίζον* dixit *συνεκδοχικῶς*· ſed ſimpliciter *τάγηνον σίζον* ſine illo *τευθίδων* vix opinor dixiſſet. Sect. 101. locus Pherecratis ſic locandus & corrigendus,

— πῶς ἂν οὖν κομίσειέ μοι
Τις θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν;

Sect. 102. Menandri locum ſic ſcribe:

— ἡγεῖταί μ᾽ ὅλως
᾿Επικόπτανόν τι —

Me quidem plane menſam coquinariam quandam exiſtimat.

(adeo me verberibus concidit) Sect. 103. Solonis jambum dolet mihi a te jugulatum eſſe, cum tuo *πευσίδ*. Quid nonne ex illis *οἱ μὲν* ſatis conſtat, nullum vas anteiviſſe: *οἱ μὲν* enim ſemper inchoat: ſed ipſe verſus illud tuum furcilla expellit. Scriben-

bendum, aut σπεύδουσι δ', aut διδοῦσι δ', aut simile quid trisyllabon. Sect. 105. locus Cratini, Ἐπέδωκεν βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φιττέως. ubi Kuhnius corrigit Πιτθέως, scil. ex domo Pitthei. Frustra; quasi Pittheus Thesei avunculus in vivis esset aetate Cratini; Ceterum quis non videt locum quendam, ubi βάλανοι nascuntur, non hominem designari. Equidem sic legerim,

Ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως.

Φελλεὺς locus Attice notissimus, de quo vide Stephanum Byzantium, Suidam, alios. Aristophanes in Nubibus, Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ Φελλέως. & in Acharn. Τὴν Στρυμοδώρου Θρᾶτταν ἐκ τοῦ Φελλέως. Vide ibi σχολ. Sect. 107. in loco Eubuli, pro Σικελικὰ, quod ἄμετρον est, lege,

Καὶ πνικτὰ Σικελὰ πατανίων σωρεύματα.

& ibidem Antiphanis, tam hic, quam apud Athenaeum, lege,

—— πουλύπους τετμημένος; non πολύπους.

Sect. 110. locus Sophoclis mendosus est; qui hinc & ex VII. 109. sic corrigendus:

—— συνέλεγον τὰ ξύλ', ὡς ἐκκαυμάτων
Μή μοι μεταξὺ προσδεεῖς εἶεν ——

ligna,

ligna, ait, *collegerunt; ne interea carerent fomite ad ignem servandum*. Sect. 111. Euripidis versus Trochaicus est; nisi quod οἴσειν e loco suo ejectum sit: lege, Τοὺς ὄνους τοὺς λαρκαγωγοὺς ἐξ ὄρους οἴσειν ξύλα &c. vel forte, ut sententia continuetur, λαρκαγωγοὺς, οἴσιν ἐξ ὄρους ξύλα &c.

Sect. 116. Aristophanis locus sic distinguendus,

Καὶ διαςίλβονθ' ὁρῶμεν
Ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ
Πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Plura hujus generis extant apud Aristophanem. Sect. 124. Theopompi locus sic locandus,

—— —— χλαῖναν δέ σοι
Λαβὼν παχεῖαν ἐπιβαλῶ Λακωνικήν.

Ibid. locus Sapphus egregius, frustra a magnis viris tentatus; quem nisi Prosodiae ductu nemo recte expediverit: Ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα προιεμένον χλάμυν. Ego vero, quatuor primis vocabulis vix perlectis, statim odoratus sum, carmen esse Alcaicum, quale hoc Horatii;

Nullam /Vare sacra / vite prius / severis / arborem:
& illud Alcaei,

Μηδὲν / ἄλλο φυτεύ / σῃς πρότερον / δένδρεον / ἀμπέλω.

&

& aliquot Sapphus, ut quod extat apud Athenaeum p. 564. ubi ὄσσοις male pro ὄσσι,

Στᾶθι / κἄντιφίλος / καὶ τὰν ἐπ' ὄσσ' / ἀμπέτα / σον χάριν,

& apud Stobaeum, Κατθα / νοῖσα δὲ κεῖσ' / οὐδεπόκα / μναμοσύ / να σέθεν, & quae ibi sequuntur. Ergo certus conjecturae sic extemplo hunc locum refingebam:

Ἔλθόντ' / ἐξ ὀρανῶ / πορφυρέαν / πεῤῥέμε / νον χλάμυν.

Venientem de caelo, purpurea chlamyde amictum. Nam pro προιέμενον quod & versus & sententia refugit, repono πεῤῥέμενον Aeolice pro περιείμενον· sic apud Hesychium, Πεῤῥεθήκατο, περιεθήκατο, & alia alibi plura. Quis vero tam caecus, ut jam non videat τὸ ἔχοντα ex margine fluxisse, interpretamentum scil. τοῦ πεῤῥέμενον.

Verba Diphili sect. 137. sic ordinanda sunt:

A. ——— ὁ δὲ κανδύταλις
Οὗτος τί δύναται, καὶ τί ἐστιν; B. ὥσπερ ἂν
Εἴποις ἀορτάς ———

Duae personae, quarum altera quaerit, quid significet κανδύταλις; altera explicat per ἀορτάς. Multa similia hujus Diphili extant apud Athenaeum; videtur fuisse φορτικὸς in verborum exoticorum affectatione. Sect. 139. Posidippi locum ita digere:

E σκῆ-

—— σκήνας, ὄχους,
Ῥίσκους, ἀορτὰς, τάχα δὲ, λαμπῆνας, ὄνους.

nam τάχχνα nihil eſt; neque melius quid nunc ſuccurrit. Sect. 141. Nicochares in Cretenſibus: καὶ ὄπεας καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ, τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον ὥσπερ Ἀρχιλόχειον. Ita tu, mi amice, locum depravatum ulterius contaminaſti: Ὥσπερ enim dediſti pro ὥπερ Seberi: atqui illud mendum erat typothetarum: voluit enim Seberus quod & Aldus & MSti habent ὅπερ. Deinde pro Ἀρχιλόχειον, Codices ἀρχίλιον. Ex hoc monſtro, re metrica & ingenio fretus, ſic tibi ſenarium reſtituo verum & genuinum,

Τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον ὄπεας χίλιον.

Quippe in hoc verſu aut ὀπήτιον aut ὄπεας ineſſe debere res ipſa clamitat: atqui prius a verſu rejicitur, poſterius latuit in ὅπεραν. Ergo in reliquis ne litera quidem mutata, & verſus & ſententia conſtat. Ὄπεας χίλιον idem eſt ac ὀπέατα χίλια; ut ἵππος χιλίη, μυρίη, &c. quae ſcio tibi nota eſſe. Verto autem, *Mille ſubulae quae terebris paria facere poſſint.* Videtur fuiſſe dialogus fabri cum cerdone; ille minabatur ſe τοῖς τρυπάνοις factum eſſe neſcio quid: hic regerebat, ſe mille ὀπέατα adlaturum, quae illius τρυπάνοις pares eſſe facile poſſent. Sect. 142. Platonis verſus ſic digere & ſcribe,

— βου-

— βούλει τήνδε σοι πλεκτὴν καθῶ,
Κἄπειτ' ἀνελκύσω σε δεῦρο —

Sect. 143. Menandri versus Trochaicus est, Ὡς ἔγωγ' ἀνειλόμην που σαυνίῳ πεπληγμένος.

Jam vero insignem Euripidis locum sect. 145. Canum, ni fallor, tibi exhibebo:

— πᾶς δὲ φασγάνῳ
Ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον στάχυν,
Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Nihil hic muto, nisi quod στάχυν addiderim, absorptum scilicet a sequente voce σπάθῃ. Sententiam recte cepit Jungermannus. πύρινος στάχυς, *spica triticea*, ἐξαθερίζω hic est ἀθέρας, *aristas*, detrunco, decutio. Quid clarius certiusve?

Sect. 150. Epistola ad Platonem in mendo cubat: Οἱ περὶ Ἔραστον καὶ Κόρισκον Πλάτωνι ἐπιστέλλοντες γράφουσι, Ληνὸν Ἀσσίαν τῆς Σαρκοφάγου λίθου. Ὁ δὲ Φερεκράτης. Verba illa, Λην. Ἀσ. τ. Σαρ. λ. sunt ex Epistola; reliqua sunt Pollucis. Dixerat ille inter σοροποιοῦ instrumenta esse & ληνόν probat jam hujus Epistolae auctoritate. Quippe qui ληνὸν Ἀσσίαν nominaverant, de eadem re postea ibi narrantes σορὸν appellant. Ergo eadem ληνὸς quae σορός. Ceterum ἐπάγει & ἐπάγουσι saepe hoc sensu veniunt apud nostrum; vide modo sect. 10. 41. 127. Porro in sequente Pherecratis loco sect. 150. ita ordinandi sunt versus & Personae:

A. Ἦ μὴν σὺ σαυτὸν μακαριεῖς, ὦ 'τὰν, ὅταν
Αὐτοί σε κατορύττωσιν. B. οὐ δῆτ' ἀλλ' ἐγὼ
Τούτους πρότερον· οὗτοι δὲ μακαριοῦσί σφε·
Καί τοι πόθεν ληνοὺς τοσαύτας λήψομαι;

A. *Certe te beatum ipſe dices, o amice, cum illi te ſepeliant.* B. *non quidem, verum ipſe eos prius ſepeliam; & illi ſe beatos praedicabunt: Unde tamen tot loculos eis ſepeliendis comparabo?* Ὦ 'τὰν autem addidi, flagitante verſu; quod abſorptum eſt a verbo ſequente, μακαριοῦσί σφε, *beabunt ſe ipſi.* Cur autem aut hic aut illi μακαριοῦσι ſe, cum ſepeliuntur? nempe ob funus egregie factum, & ſepulcrum magno ſumtu extructum. Loquitur autem aliquis, qui multos cognatos habuerit, bonis ejus inhiantes, & mortem ejus expectantes: quos ille ſe occupaturum minatur, & fore illis ſuperſtitem. Immo vero, jam melius quid habeo, quod ſub calamo modo naſcitur. Deleas velim illud σφε, & cum vulgatis legas, οὗτοι δὲ μακαριοῦσ' ἐμέ. Sententia autem haec videtur. Cum laudaſſet ille neſcio quis fortunas ſuas, tum ob alia, tum ob firmam, credo, valetudinem, etſi ſtrenue nepotaretur; Hunc alter excipiens, Ita vero, ait εἰρωνικῶς, tum fortunas tuas laudabis, cum cognati tui te mox ſepelient. Non, non, ſubjungit ille, Equidem eos omnes componam, & μακαριοῦσί με ſuperſtitem & ſanum. Sect. 151. locum ex Tageniſtis ſic colloca;

— ὁ

—— ὁ δὲ λύων κύςιν ὕειαν
Κἀτ' ἐξαιρῶν τοὺς δαρεικούς. ——

Sunt membra versus Anapaestici, Aristophanei dicti. Cum Kuhnii versiculum hic lego, vix possum nauseam compescere. Neque eo melior est Jungermanni jambus sect. 154. in Lysippi Bacchis. Tu vero locum sic constitue, ut membrum sit Anapaestici Aristophanei,

—— αὐτοῖς αὐλοῖς ὁρμᾷ καὶ γλωττοκομείῳ.

Tibicen, inquit, *irruit una cum tibiis & glottocomio.* Αὐτοῖς eo sensu passim apud Atticos occurrit, pro σὺν αὐτοῖς; quod tu optime nosti. Ibid. Metri ratio satis indicat, tam in Timoclis loco, quam Apollodori γλωττόκομον legendum esse, non γλωττοκομεῖον. Lege itaque, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγγείου γλωττόκομον &c. & deinde membrum pone senarii — καὶ τὸ γλωττόκομον βαλανεύεται. Porro sect. 160. sanus erat Sophoclis locus, neque sollicitandus,

Κέςρα σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
Ἤλαυνε παίων ——

Agitabat prae se hominem, verberans super latera & dorsum κέςρα *ferrea.* Eleganter illud πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν, hoc est, κατὰ πλευρὰ καὶ ῥάχιν; quale illud Anacreontis, Ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν. Ceterum κατὰ hic ultimam producit ob τὸ ρ sequens.

Sect. 162. Dolet, te repudiasse emendationem certissimam,

Καὶ τὴν κυνῆν ἔχειν με κυρβασίαν ἐρεῖς.

Pileum autem dices me instar tiarae habere; adeo magnificus est scilicet. Quid aptius vel desiderari possit? & illud tuum κοινὴν quorsum spectat? *dices me habere communem tiaram:* nimirum, non esse regem. τίς ὁ νοῦς; dubiumne id esse potuit? Sed ex metro solo utique constat, legendum esse κυνῆν· cujus argumenti vim & πειθανάγκην soli artis periti possunt agnoscere. Sect. 174. locus Teleclidae

Δουλοπόνηρον ῥυπαρὸν σκόλυθρον.

est Anapaesticus, et bene habet. Mox sect. 165. legendum,

Σκάλμη γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς.

σκάλμη βασιλὶς, *culter regius.* Βασιλὶς adjective hic ponitur, ut alia similia passim. Eunuchus autem loquitur hoc, significans, se jussu regis castratum esse, ut a cubiculo esset vel ei vel uxori: solae enim, ut ille ait, Eunuchis utebantur reginae. Citius autem caelum ipsum dirueris, quam illud βασιλεῖς, cui tu patrocinaris, invito metro hic possit consistere; ut de sententia ipsa et constructione nihil dicam. Illud quoque corrigendum ibidem in Hermippi loco, ἀσπιδεῖον, non ἀσπίδιον,

Ἔχον-

Ἔχοντες ἴσον ἀσπιδεῖον ὀγκίῳ. est enim senarius.

Sectione autem 167. in Philippidae loco, vel cum Salmasio legendum,

Ἀλύσιον εἶχε τέτταρας δραχμὰς ἄγον,

quod verum puto vel, si illud quovis pacto retinere vis, lege,

Ἀλύσιον εἶχε τετταράκοντ' ἄγον δραχμάς.

Sect. 176. Ὀλκεῖον rectum esse, non ὅλκιον, Menandri locus ostendit, sic digerendus;

—— ἢ χαλκοῦν μέγα Ὀλκεῖον ——

et alter Philemonis, Ὀλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον,
Πυρῶν τε μεστόν ——

Vapulet vero Kuhnius cum versiculis suis, quibus nec caput, nec pes adest. Sect. 180. locus Aristophanis duos continet Anapaesticos cum Paroemiaco eos claudente; ut fieri solet tum apud illum scriptorem, tum omnes Tragicos,

Καὶ τοὺς μὲν ὄφεις, οὓς ἐπιπέμπεις,
Ἐν κίστῃ που καταστήμηναι
Καὶ παῦσαι φαρμακοπωλῶν.

Porro Capanei haec verba esse conjicio, qui in

 Dra-

Dramate hoc Satyrico Amphiaraum augurem ludificatur. Sect. 181. Theopompi locum sic constitue, ex lege metri, ut antea l. VII.

> Τηνδὶ περιζωσάμενος ᾤαν λουτρίδα,
> Καταδεσμὸν ἥβης περιπέτασον —

& mox ibidem Pherecratis locum sic emenda,

> Ἤδη μὲν ᾤαν λουμένῳ προζώννυτε.

Scis sine dubio, *αι* & *ε* in libris scriptis passim inter se permutari. *Jam*, ait, *vos illi lavanti pellem circumligate.* Sectione autem 185. quicquid obtendant Pollucis tui codices, uti & Suidae & Harpocrationis, legendum credo *πλίνθιον*, non *πλινθεῖον*, ex fragmento illo Aristophanis, quod membrum est Tetrametri Catalectici,

> — — ὁ δ᾽ ἐς τὸ πλίνθιον γενόμενος ἐξέτρεψε,

> *Ille vero, ubi venerat ad locum quo lateres vendebant, divertebat.*

Quippe apud Atticos loca rerum venalium & res ipsae venales eodem nomine signabantur, ipso Polluce indicante libb. IX. et X. Sic dicebant *ἐς τοὔψον, ἐς τὸ [illegible], ἐς τὸν χλωρὸν τυρόν, ἐς τὰ ἀνδράποδα, ἐς τὸν οἶνον, ἐς τοὔλαιον, ἐς τὰς χύτρας, ἐς τὸν λιβανωτόν*, &c. Ergo *ἐς τὸ πλίνθιον* eodem modo, ad locum

cum ubi πλίνθιον fiebat, vel venibat. Nisi forte ἐς τὰ πλίνθια potius dicendum fuisse contendat aliquis. Ille vero sic locum constituat, eodem versus genere,

Ὁ δ' ἐς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε — —

Sect. 188. Recte habet codex Vossianus τὴν γοῦν in Aristophanis loco, qui sic digerendus:

—— τὴν γοῦν ἀσπίδα,
Ἐπίθημα τῷ φρέατι παράθες εὐθέως.

τὸ φρέατι secundam producit.

Sect. 189. Legere possis, μὴ λίγδος καλεῖται, *num quid vocatur* λίγδος; videtur enim dubitare; unde addit, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη; cujus locus sic videtur legendus,

Ἀσπὶς μὲν, ἥ μοι, λίγδος ὥς, πυκνομματεῖ.

Sane mirifice arridet Kuhnii illa correctio πυκνομματεῖ. Πατεῖ quid hic faciat, non intelligo. Sect. 190. Platonis Comici locum sic divide,

—— δότω δὲ τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν
Καὶ τοὐπιπόρπαμ' ——

Ibid. Anaxilae locus sic legendus, Οὐκ ἄν γε μὴ τουτὶ γένηται κεράμινον. Denique loco ultimo sect. 192. pro inficetis illis *senariis* Kuhnii, quos Eupo-

Dramate hoc Satyrico Amphiaraum augurem ludificatur. Sect. 181. Theopompi locum sic constitue, ex lege metri, ut antea l. VII.

> Τηνδὶ περιζωσάμενος ὤαν λουτρίδα,
> Κατάδεσμον ἥβης περιπέτασον —

& mox ibidem Pherecratis locum sic emenda,

> Ἤδη μὲν ὤαν λουμένῳ προζώννυτε.

Scis sine dubio, αι & ε in libris scriptis passim inter se permutari. *Jam, ait, vos illi lavanti pellem circumligate.* Sectione autem 185. quicquid obtendant Pollucis tui codices, uti & Suidae & Harpocrationis, legendum credo πλίνθιον, non πλινθεῖον, ex fragmento illo Aristophanis, quod membrum est Tetrametri Catalectici,

> — ὁ δ' ἐς τὸ πλίνθιον γενόμενος ἐξέτρεψε,

> *Ille vero, ubi venerat ad locum quo lateres fiebant, divertebat.*

Quippe apud Atticos loca rerum venalium & res ipsae venales eodem nomine signabantur, ipso Polluce indicante libb. IX, et X. Sic dicebant ἐς τοὔψον, ἐς τὰ μύρα, ἐς τὸν χλωρὸν τύρον, ἐς τὰ ἀνδράποδα, ἐς τὸν οἶνον, ἐς τοὔλαιον, ἐς τὰς χύτρας, ἐς τὸν λιβανωτὸν, &c. Ergo ἐς τὸ πλίνθιον eodem modo, ad locum

cum ubi πλίνθιον fiebat, vel venibat. Nisi forte ἐς τὰ πλίνθια potius dicendum fuisse contendat aliquis. Ille vero sic locum constituat, eodem versus genere,

Ὁ δ' ἐς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε — —

Sect. 188. Recte habet codex Vossianus τὴν γοῦν in Aristophanis loco, qui sic digerendus:

—— τὴν γοῦν ἀσπίδα,
Ἐπίθημα τῷ Φρέατι παράθες εὐθέως.

τὸ Φρέατι secundam producit.

Sect. 189. Legere possis, μὴ λίγδος καλεῖται, *num quid vocatur* λίγδος; videtur enim dubitare; unde addit, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη; cujus locus sic videtur legendus,

Ἀσπὶς μὲν, ἤ μοι, λίγδος ὡς, πυκνομματεῖ.

Sane mirifice arridet Kuhnii illa correctio πυκνομματεῖ. Πατεῖ quid hic faciat, non intelligo. Sect. 190. Platonis Comici locum sic divide,

—— δότω δὲ τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν
Καὶ τοὐπιπόρπαμ' ——

Ibid. Anaxilae locus sic legendus, Οὐκ ἂν γε μὴ τουτὶ γένηται κεράμινον. Denique loco ultimo sect. 192. pro inficetis illis *senariis* Kuhnii, quos Eupo-

lidi de ſuo donat, hos ille habeat aliquanto meliores,

— καρδόπω δύο,
Κρατῆρας ὀκτὼ, δύο χύτρα, δύο τρυβλίω,
Κνέφαλα τε καὶ (vel Κνέφαλα τρία) θερμαυστριν,
ἓξ θρόνους, ...
Κλίνας ἑκατὸν, κόρημα, κιβωτὸν, λύχνον.

Pro χύτραν verſu tertio, quod jam praeceſſerat, neque repeti debuit, repones σκάφην, vel λύραν, vel ſimile quid, quod propius accedat. Nobis ad indagandum fugitivum illud nunc non eſt otium. Defeſſus enim ſum taedio ſcribendi; quod longe majore opera mihi conſtitit, quam emendationes ipſae. Tu vero, doctiſſime & amiciſſime Hemſterhuſi, ſi quid hinc frugis colligere poſſis ad curas tuas ſecundas, quas in Polluce te poſiturum narras, utere, fruere, jure tuo & arbitratu. Ubi id tempus venerit, videbimus forte, an in ceteris hujus libris aliquid nobis occurrat, quod doctiſſimos editores fugerit. Etſi, ut verum fatear, rationem conſilii tui nondum perſpicio. Quis enim typographus librum denuo recudet, mole ſua & pretio laborantem? Ecquando omnia nuperae Editionis exemplaria divendentur? Tu igitur certiores nos facies, quo pacto & quo inſtituto iterum, ut narras, auctorem hunc aggredi velis. Vale, vir eruditiſſime, & me, quod facis, amare perge. Cantabrigiae, IX. die Junii, MDCCVIII.

D. RUHN-

D. RUHNKENII

ORATIONES DUAE.

ORATIO

DE

GRAECIA

ARTIUM AC DOCTRINARUM INVENTRICE.

Eſt hoc majorum inſtituto bene ac ſapienter receptum, ut, qui ad laudatarum artium diſciplinas tradendas acciti, in hunc ampliſſimum ornatiſſimumque locum eſcendunt, vel de illius doctrinae, quam quisque profitetur, dignitate, praeſtantia atque utilitate verba faciant, vel illuſtriorem quempiam locum, exquiſite copioſeque tractandum, indidem delibent. At enim cum multi, qua opera tralatitio huic publice dicendi officio ſatisfaciunt, eadem reconditae cujusdam eruditionis, aut ſingularis acuminis laudem quaerant: fit interdum, ut orationes habeantur eae, quas e centenis vix ſinguli, in eodem doctrinae genere, ſi forte, diligentius verſati, mentibus animisque intendendis aſſequantur: dum interim reliqua oſcitat concio, & ſubtilis moleſtique Oratoris taedio prope enecatur. Equidem cum honorifico Illuſtriſſimorum hujus Academiae Curatorum,

at-

atque Ampliſſimorum hujus Civitatis Conſulum decreto, in hoc auguſtiſſimum virtutis doctrinaeque omnis ſacrarium, & in hanc tantam clarorum atque excellentium virorum lucem prodeo; cumque hodiernus dies, quo nullus unquam vitae meae laetior illuxit, mihi gravem illam quidem, at jucundam tamen publice dicendi neceſſitatem impoſuit: delegi, Auditores, argumentum orationis pervagatum, de medio petitum, atque adeo ab omni doctrinae ſubtilitate remotum. Multo enim ſatius duxi, vel cum famae & exiſtimationis, quantula demum cunque ſit, diſpendio popularem afferre orationem, quam recludendis interiorum artium penetralibus, Vobis, quorum mihi animos ſenſusque conciliari cupio, importune faſtidium creare. Dicam igitur *de Graecia artium ac doctrinarum inventrice.* Atque haud ſcio, an nulla ex omni humanitatis diſciplina promi poſſit materia, quae & muneri, quod Graviſſimorum Virorum auctoritate auſpicor, magis ſit conſentanea, & majorem vim habeat ad excitandos ſtudioſae juventutis animos, atque ad Graecarum literarum amorem incendendos. Quodſi enim, quam potero planiſſime, demonſtraro, nullam neque doctrinam eſſe, neque artem ingenuo ac libero dignam, quam Graeci vel non invenerint, vel cujus non ſementem ſparſerint: Si porro graviſſimis rationibus evicero, eosdem ipſos multas praeſtantiſſimasque diſciplinas non elicuiſſe tantum ex tenebris, atque inchoaſſe, verum ad illud etiam faſtigium evexiſſe, prope ut nobis omnem con-

consequendi sui spem sustulerint: quis non juvenum incredibili erga gentem tam eruditam studio & cupiditate rapiatur? quis non provectiorum, senis Catonis exemplum imitatus, Graecas literas sic avide arripiat, quasi longo tempore conceptam visceribus, flagrantemque sitim restinguere cupiens. Vellem quidem, materia ad dicendum sumta quam est omnium intelligentiae accommodata, tam facile unius horae curriculo terminari posset. Verum illa tam late patet, nulla ut oratio, oratio autem? ne justum quidem volumen accuratam ejus explicationem capiat. Quid igitur? Libere per omnem disciplinarum orbem vagabor, & summis quibusque leviter decerptis, capita tantum & fontes, unde quaeque sapientiae ratio & liberalior ars manarit, quasi intento digito commonstrabo. Quaeso autem obtestorque Vos, Auditores, ut, si minus polite limateque dixero, quam vel hujus amplitudo loci, vel eruditae aures vestrae postulant, huic infantiae meae vestra in humanitate ne desit praesidium.

Praeclare gravis inprimis & locuples auctor, Plato, philosophia, dixit, nullum pulchrius, nullum praestabilius bonum nec impertitum esse mortalibus Dei munere, nec impertiendum. Haec est illa barbariae & immanitatis victrix, veritatis indagatrix, solidioris doctrinae parens, officii moderatrix, vitae humanae magistra. Quam qui aspernatur ac respuit, is humanitate se abdicasse censendus est, atque ad tardarum pecudum conditionem detrudendus. Contra,

tra, cujus contemplandae & cognoſcendae ſtudio qui, ceteris poſthabitis, ſe totum tradit, is ad ipſam divinitatem, ex qua hauſtus animus & libatus eſt, quaſi quibusdam paſſibus propius accedere videtur. Atqui hanc doctrinarum omnium dominam ac reginam uni Graeci admirabili, qua praediti fuerunt, mentis ſagacitate ex obſcuris abditisque naturae receſſibus elicuerunt. Nec contenti, illam philoſophiam, quae rerum contemplatione continetur, felici partu edidiſſe, alteram etiam, quae in actione verſatur, aliquanto poſt liberaliter adjecerunt. Quam inveniendi gloriam tum annales vetuſtatisque monumenta ſatis ſuperque loquuntur, tum ipſa rerum fides ſic teſtatur & confirmat, ut nec Tatiani, nec Clementis Alexandrini declamationibus, bilis & invidiae plenis, unquam convelli queat; eſtque haec laus Graecorum adeo propria, ut ne aliam quidem gentem in illius ſocietatem temere admittant. Nam etſi Graeci ipſi, pro aequitate ſua, non diſſimulant, nonnulla, in Mathematicis praeſertim diſciplinis, Chaldaeorum Aegyptiorumque ingeniis debita, vel per mutua populorum commercia in Graeciam fluxiſſe, vel a Pythagora, Democrito, Platone, aliisque, qui diſcendi cauſſa ad gentes longe diſſitas commeaſſent, paullatim eſſe invecta: tamen ſi quis illa cum Graecorum inventis contulerit, barbaros perpauca repetundarum jure poſtulare poſſe reperiet, eaque ipſa ſic ab ingenioſiſſimis hominibus exculta & meliora reddita animadvertet, ut non aliunde ad-

adſcita atque arceſſita, ſed in Graeco quaſi ſolo genita eſſe videantur. Ac ne hic vetuſtiſſimae Poëtarum philoſophiae memoriam replicem, quam fabularum integumentis involutam, quam fingendi licentia mire contaminatam conſtat fuiſſe: princeps & auctor accuratius philoſophandi Thales extitit Mileſius. Qui cum multa de divinae humanaeque mentis vi ac natura, de mundi ſatu atque ortu, de fati denique neceſſitate diſſereret, quaſi ſignum aliis ſuſtulit ad excolendam illam philoſophiae partem, quae poſtea Metaphyſicae nomine celebrata eſt. Difficile dictu eſt, Auditores, quot quanto ingenio viri hujus doctrinae ſtudio exarſerint. Ac tantum abfuit, ut rei materia, in naturae obſcuritate, ſi quaequam, recondita, hunc animorum impetum retardaret, ut ipſa potius difficultas magis & magis inveſtigandi ſollertiam exacueret. Magnum in hac diſciplina nomen fuit Pythagorae, &, qui ad ejus ſe auctoritatem contuliſſent, Empedoclis & Epicharmi; magnum item Anaxagorae, magnum Parmenidis, pluriumque aliorum, quos memoria conſequi difficile eſt, & enumerare longum. At enim vero praecipuam Metaphyſicae & locupletandae & ad diſciplinae formam habitumque redigendae gloriam ſibi vindicant duo principes intelligendi magiſtri, qui merito omnium ſeculorum oculos animosque in ſe converterunt, Plato atque Ariſtoteles. Quorum uterque aetatem contrivit in inveſtiganda, quoad humano ingenio fieri pot-

erat, aeterna illa & beatiſſima numinis natura, in declaranda mentis humanae vi & indole, in ejusdem denique immortalitate tuenda atque adſerenda. Nec quicquam illis, quae tum de rerum cauſſis & principiis, tum de communibus earum affectionibus ab iisdem philoſophis diſputata ſunt, ſubtilius acutiusque excogitari poteſt. Quae pluribus verbis explicaremus, ni vereremur, ne minus commode ſervaretur orationis, quam inſtituimus, pòpularitas. Sed ut varium eſt hominum ſtudium, ſic horum etiam Metaphyſica modo a doctiſſimis quibusque concelebrata enituit, modo deſerta obſolevit. Uni Platoni hoc praecipue obtigit, ut pari prope faſtigio ſtaret in utraque fortuna. Cujus ſapientiae cum ii, qui politiorum literarum elegantia & ſuavitate ducerentur, tum veteres religionis Chriſtianae antiſtites, multum ſemper tribuerunt. Sed Ariſtotelis fortunam quibus verbis conquerar? aut quomodo ſatis dolenter deplorem? Extulit enim duodecimum a Chriſto nato ſeculum genus hominum omni barbaria contaminatum, Scholaſticos vulgo dicunt, qui clariſſimo illius lumini teterrimam noctem offunderent, exquiſitam elegantiam immunda illuvie & ſqualore opplerent, & ſic denique immortali viro, apud imperitos, pudenda horum interpretum ſomnia pro germana Ariſtotelis philoſophia ſtulte accipientes, ingentem & vix unquam delendam infamiam conflarent. Hinc certe, hinc occulte ſerpſit iſta invidia, qua veteres philoſophi noſtra etiam aetate premuntur. Nam ut quisque antiqui-

ta-

tatis omnis Graecarumque literarum imperitissimus est, ita priscos illos heroas petulantissime contumeliosissimeque vexat, abjicit, deridet. Atque nos non sumus ii, qui in Metaphysicae disciplina, praesertim quae tam difficiles tamque arduos explicatus habeat, Veteres negemus uspiam offendisse, uspiam incurrisse, mentis errore, ut fit, divagatos. Verum nec novi Metaphysici nobis habere videntur, in quo sibi tanto opere placeant, seque velut de caelo delapsos tam magnifice circumspiciant. Quid enim? si nova illa decreta sunt ita certa, stabilia, firma, ut isti vulgo jactant: qui fit, ut quadragesimo fere, aut quinquagesimo quoque anno nova exoriatur secta, quae alteram cum conviciis & clamore de possessione depellat? Aut quid tandem caussae esse dicamus, quare multi, pro quibus modo, tanquam pro aris & focis, pugnabant, eadem ipsa aliquot annis post, velut vana, falsa, nugatoria repudient? Videte levitatem hominum atque inconstantiam. Crebrae istae ac repentinae sententiarum commutationes quid prodant, cui potest esse obscurum? Scilicet hi quoque ipsi variis opinionum fluctibus jactati, nihil dum certi ac firmi, in quo tuto consistant, repererunt. Quae cum ita sint, missis vagis errantibusque istorum conjecturis, solum id, quod in hac disciplina certum atque exploratum est, constanter teneamus: quod quin maximam partem solleti Veterum investigationi acceptum referendum sit, vix negari sine impudentia, aut magna antiquae eruditionis inscitia potest. Nimirum primae, quas

natura illorum mortalium animis impreſſit notiones, quo plus ſimplicitatis, eo plus veritatis habuere: quas notiones, qui deinceps ſecuti ſunt, vel novandi cupiditate ducti, ſubtiliter quaeſitis argutiis obſcurarunt, vel, devias ſibi vias per varios anfractus quaerentes, plane deſeruerunt. Itaque videas, illos ipſos, poſt longos infinitosque errores, eo, unde digreſſi fuerant, tandem redire. Ecquis veſtrum eſt, qui neſciat, notiones innatae quanto animorum ſtudio a primariis ſint philoſophis, noſtra patrumque memoria, exploſae? Qui quid aliud fecerunt, niſi ut, cognito errore, ad Lyceum & Porticum, quam inconſulte ac temere reliquerant, reverterentur? Quodſi novitios hoſce philoſophos non ratione, ſed praeſtantium virorum auctoritate refellendos putarem, poſſem hic, ut alios taceam, excitare Leibnitium, quam acri virum ingenio? quanta judicandi aequitate? quem, inter omnes conſtat, de Veterum Metaphyſica, Platonis inprimis, & ſenſiſſe honorifice, & dixiſſe. Satis mihi multa verba de hac philoſophiae parte feciſſe videor. Ad Logicam deinceps tranſeamus.

Saepenumero, Auditores, mirari ſubit, pleraſque artes & doctrinas ante fuiſſe conſummatas, numeriſque abſolutas ſuis, quam illarum inveniendarum conſtituendarumque ratio certis regulis eſſet praeceptiſque concluſa. Sic Homerus divinam illam Iliada, admirabile belli Peloponneſiaci monumentum condidit Thucydides, antequam Rhetor Criticusve aliquis illas artes praeceptionibus devinxiſſet. Pari modo

Grae-

Graeci philosophi, eximia quadam mentis vi atque celeritate praediti, magistrorum praecepta, quibus ingenium in inveniendo & acute cernendo dirigeretur, in vero investigando, excolendaque ratione longe anteverterunt. Logica igitur vel Dialectica tum demum inventa est, cum, constituta propemodum philosophia, acuti sagacesque homines ejus praesidium non magnopere desiderarent. Quo ductus argumento si quis contendat, non videri tantam, quanta vulgo putatur, hujus disciplinae utilitatem, is quidem sententiae suae adscribat nostram. Plato certe, Mathematicis rationibus percipiendis magis acui ad philosophiam ingenium, putabat. Verumtamen ut capitalia ingenia hoc adminiculo facile caruerint, negari haud potest, permagnum infirmioribus adjumentum hac arte esse allatum. Itaque grato animo praedicandi sunt Veteres illi, quorum acerrimo studio & exculta Logica est, & per omne disciplinarum genus latissime fusa. Peripateticorum illustria in illam merita commemorare, quid attinet? ex quorum fontibus rivulos duxerunt recentiores. Sed quis praeposteram & perversam Stoicorum diligentiam ferat, qui captiosis cavillationum & fallaciarum laqueis excogitatis, quod ad regendas in vero inveniendo mentes a Peripateticis comparatum fuerat, id ad eas impediendas implicandasque converterunt? Quae quidem tricae, deinceps a barbara Scholasticorum natione cupide arreptae, vix tandem recentiorum philosophorum opera ex scholis pro-

fligatae, in Jeſuitarum monaſteria ſe abdiderunt.

Venio jam ad illam nobiliſſimam pulcherrimamque philoſophiae partem, qua de expetendis fugiendisque rebus, de vitae ratione, hominumque moribus quaeritur: quam, vere mihi videor poſſe affirmare, & natam eſſe apud Graecos, & liberaliſſime educatam, & exornatam pulcherrime. Atque haec quidem, ſi utilitatem ex ea in humanum genus redundantem ſpectes, omnium diſciplinarum facile princeps eſt: ſin naſcendi ordinem, prope poſtrema. Veterrimi enim philoſophi plus operae curaeque in naturalium rerum cauſſis indagandis, quam in ornanda hac morum emendatrice, poſuerunt: credo, quod ad ingenii laudem illuſtrius magnificentiusque videbatur, de ſiderum, ut hoc utar, meatu, quam de temperantia aut cognitione ſui diſputare. Primi igitur rei tam ſalutaris tamque neceſſariae curam & Pythagoras ipſe & tota ejus familia ſuſcepere. Qui quidem tametſi, illius more aetatis, utrumque ſtudium conjunxerant, hanc tamen ſapientiae partem plene cumulateque perfecerunt. Quo magis dolendum eſt, quae ab illis literarum monumentis fuerint conſignata, prope omnia communi bonorum librorum naufragio periiſſe. At enim vero dum moralis philoſophia in Italiae parte ea, quae Magna Graecia dicta eſt, Pythagoricorum induſtria laetiſſima incrementa capiebat, ceteri philoſophi Graeci vel in mathematicis vel in aliis philoſophicis diſciplinis perſequendis, ut inſtituerant, ſtrenue pergebant: donec Socrates, cujus ſapientiamne, dubi-

bi-

bites, an morum sanctitatem magis admirere, philosophiam a latentibus rerum caussis anquirendis avocavit, atque ad vitam communem traduxit. Hic ut mirus fuit ingenio, moribus, vita, sic nova etiam atque antea inaudita & prorsus singulari usus est docendi ratione. Etenim non declamando, ut Sophista, non inculcandis vulgaribus morum praeceptis, ut aretalogus, non libris in vulgus edendis, ut philosophi ceteri; sed aliorum opinionibus blande eliciendis, & absurdis, quae ex iis consequerentur, lepide jocoseque coarguendis, homines ad virtutis atque honestatis studium amplectendum excitavit. Quibus quidem elegantissimis & Attico sale conditis disputationibus, cum ipse Socrates literam scripserit nullam, nobis omnino carendum fuisset, nisi ei, magno philosophiae & optimarum artium bono, Plato & Xenophon discipuli obtigissent, ambo ingenii venustate atque elegantia florentes, eloquentiae copia & varietate ambo. Felicem magistrum talibus discipulis! Felices discipulos tali magistro! Hi quicquid ex divino illo Socratis ore arripuissent, scriptis diligenter mandarunt, eandemque sermonis festivitatem nativumque leporem, quo Socrates supra cunctos mortales excelluit, oratione sua sic expresserunt, nihil ut fingi possit venustius, nihil scite magis. A Socrate igitur, tanquam a capite & origine, profectae manarunt omnes posteriorum philosophorum praeclarae disputationes de aequo & bono, de justitia & fide, de ceteris denique rebus, quibus ho-

minum genus ad bene beateque vivendum excolatur. Atque illi ipſi, qui hodie, in Gallia praeſertim & Britannia, ut ſuum & aliorum otium fallant, nos libris de morum doctrina ſcriptis prope obruunt, quid, quaeſo, magnopere afferunt, quod in Socraticis libris non multo rectius atque elegantius tradatur?

Graeci igitur ſapientes qua ratione hominum mores ad honeſti decorique curam & omne genus officii conformarint, ſatis a Vobis cognitum arbitror, Auditores. Reliquum eſt, ut, quibus legibus, moribus, diſciplinis respublicas temperarint, quam poterimus breviſſime, explicemus. Hic rurſus Pythagoricorum virtus ac prudentia multiplici gloria eluxit, quippe quorum haud pauci & rerumpublicarum clavum tenuerunt, & civitates ſalutaribus inſtitutis fundarunt. Quanquam nec in ipſa Graecia defuerunt ea aetate, qui Politicam ſive civilem hanc prudentiam, ſi minus docendo ſcribendove, at certe republica domi foriſque tractanda ſic exornarent, ut nihil admodum ad perfectionis laudem deeſſe videretur. Sponte vobis, vel me tacente, illuſtre Solonis nomen ſuccurrit, prudentiſſimi Athenienſium legislatoris, & ſeptem Sapientum numero habiti. Graeciae vero civitates quam egregiis legibus temperatae fuerint atque excultae, quis tandem majus illuſtriusque teſtimonium deſideret eo, quod illis Romani, quantis opibus, imperio & rerum geſtarum gloria, tanta gravitatis & recti judicii laude praeſtantes, publice perhibuerunt? Horum enim juſſu, poſt exactos reges, tres legati

in

in omnem Graeciam profecti sunt, ut tum inclitas Solonis leges, tum aliarum civitatum mores institutaque cognoscerent, & descripta domum asportarent. Ex quibus maximam partem conflatae sunt Leges XII. Tabularum, quarum tanta & fama est, & in veteri jure Romano cognoscendo utilitas. Sunt igitur duodecim Tabulae fons omnis publici privatique juris: duodecim Tabularum fons Graecorum leges, Atheniensium maxime. Est autem illa Regum & principum virorum administra & comes, Politica, primum a Platone, mox ab Aristotele, ad justam disciplinae formam revocata. Quorum posterior si nullum aliud ingenii monimentum condidisset: extant autem plura singulari sagacitate & exquisita diversissimarum rerum scientia confecta, quae ejus famam satis tuentur: solis aureis de optimae reipublicae institutione libris nomen suum ad immortalitatis memoriam consecrasset. Sed cavete hic vobis doctorem umbraticum animo fingatis, abdentem se literarum latebris, & gravi cum supercilio Regibus principibusque viris, quos nunquam frequentarit, leges scribere ausum. Etenim politissimi vir ingenii in aulae luce ac splendore vixit, maximis omnis memoriae regibus, Philippo & Alexandro summa familiaritate conjunctus, multumque versatus cum ministris & adjutoribus consiliorum. Ecquem igitur putetis, vaferrimas aulicorum artes, arcanasque, quibus regna administrentur, rationes vel indagasse sagacius, vel tenuisse rectius, vel literis prodidisse accuratius? Per-

ſpexit nuper, & quidni perſpiceret is, quem propter ſingulare mentis acumen omnisque pulchri ſenſum inter praecipua hujus ſeculi ornamenta referas? perſpexit igitur operis praeſtantiam illuſtris Monteſquieu, & plura inde in eximium de Legum cauſſis librum derivavit, quam fortaſſe credant priſcarum literarum ignari.

Suſceptae materiae ordo jam me ad illud Graecorum ſtudium ducit, quod in rebus naturalibus ſcrutandis explicandisque collocarunt. De quo antequam dicere inſtituo, pauca generatim atque univerſe monenda puto. Gravis quaeſtio eſt, & variis diſcrepantium inter ſe doctorum hominum agitata contentionibus, plusne Veteres ingenio & honeſtiſſimarum artium ſcientia valuerint, an recentiores? Nec temporis hujus eſt, nec inſtituti, quibus quisque rationibus, quam ſequeretur, opinionem confirmarit, ordine referre. Utrinque certe magis cupide animoſeque diſputatum eſt, quam ſolide & vere. Exorti tandem viri ſunt ab omnium partium ſtudio alieni, in quibus & ſumma fuit judicandi vis, & ſumma meritis amplificata auctoritas, qui litem, magno bonarum artium damno indies gliſcentem, ſic dirimerent, ut antiquitati palmam tribuerent in diſciplinis iis, quae ex apertis cognitisque fontibus hauriendae, ſola ingenii ſollertia perficiantur: contra, recentiori aetati in iis, quae ex abditis naturae penetralibus obſervandi diuturnitate, & longa experimentorum eruantur ſerie. Quae cum ita ſint, quis non

vi-

videt, Veteres a recentioribus in Phyficis & plerisque Mathematicis, quae longioris aevi diligentia conftent, longe multumque fuperari? In quo tamen vituperare antiquitatem, & contemnere, quod multos facere videas, five ftultitia eft, five iniquitas, five utrumque. Nifi forte quis etiam Phyficis, qui nunc funt, obtrectandum putet, quod non eosdem, quos qui poft mille annos futuri funt, in arte fua progreffus fecerint. Verum tamen ingenue fatendum eft, Graecos omnes, ne Leucippo quidem & Democrito exceptis, qui Phyficorum longe principes numerantur, in hac naturae fcientia conjecturis tribuiffe nimium, experimentis parum. Quod idem inftitutum, gravi praeclarae hujus doctrinae detrimento, Phyfici deinceps fecuti per multa fecula tenuerunt: donec Baco Verulamius, cui illorum, qui de Philofophiae & laudandarum artium ftudiis bene meriti funt, antepono neminem, comparo paucos, naturae fpeculatores a vano conjectandi ftudio ad ipfam naturam obfervandam, factisque periculis exquirendam revocavit. Quamquam ad Veterum excufationem, non deeft, quod dici poffit. Nondum enim oculus arte adjutus erat, nondum inventa antlia, quam vocant, pneumatica, nondum denique tot alia fenfuum manuumque adjumenta comparata; fine quibus, fallitur, qui fe in naturae cognitione multum profligaturum putet. Neque tamen aliquis nobis occurrat fic, ut dicat, ex his tam praeclare inventis, quae modo commemoravimus, quan-

tum

tum recentiores antiquioribus ingenii vi praeſtent, vel liquidiſſime apparere. Non eſt, non eſt profecto, in quo horum ſagacitas ſe valde efferre atque exultare poſſit. Fere enim, neſcio quo fato, accidit, ut maxima quaeque & utiliſſima hujus generis inventa caſu potius, quam ullius ſollertia, in lucem proferantur. Profecto mirum eſt, Auditores, qua ratione fortuna mortalium ludat induſtriam. Nam quod acutiſſimi homines, contritis in quaerendo aetatibus ſuis, invenire non potuerunt, illud ſaepe bardus aliquis Monachus, aut ſi quis eſt conſimili ſtupore, nullo reperit negotio. Graeci vero quanquam ab iis, quae dixi, praeſidiis imparati, Phyſices diſciplinam inchoaſſe potius, quam abſolviſſe, putandi ſunt: tamen in multis nec levis momenti rebus facem aetati noſtrae praetulerunt. Nam coeleſtium corporum quae ſit vis centripeta, quae centrifuga, haud leviter ab illis adumbratum eſt: ſphaerica telluris figura iisdem fere, quibus hodie, rationibus demonſtrata: maris denique aeſtus, ejusque cauſſae eodem, quo nunc, modo explicatae. Alia ſciens praetereo.

Hactenus de Graecia philoſophiae inventrice. Nunc de diſciplinarum Mathematicarum ortu & incremento nobis diſſerendum eſt. Vetus opinio eſt, jam inde a Thaletis ducta temporibus, tum numerorum ſcientiae, tum Geometriae, tum denique Aſtronomiae incunabula apud Chaldaeos Aegyptiosque eſſe quaerenda. Ergone Graeci philoſophiam invenire potuerunt, Matheſin non potuerunt? Ergone ingenia illa,

quae

quae optimis artibus excogitandis alerentur, aliquando torpuere obtusa? Equidem neque laudem, barbaris gentibus ab ipsis Graecis sponte ac liberaliter tributam, in dubium vocem; nec illis, qui tot propriis bonis abundent, affingam aliena. Hauserint inde Graeci prima harum artium elementa; quae quam rudia, tenuia atque incondita fuerint, non aliunde rectius, quam ex eo, quod Diodorus Siculus narrat, intelligi potest. Negat enim scriptor clarissimus Chaldaeos illos, quibus tantum in hoc genere tribuitur, solis deliquium praedicere & ad certum tempus revocare ausos fuisse. Egregiam sane Astronomiae scientiam & fama tam illustri & pervagata dignam! Graecis, Graecis, inquam, nominatim Thaleti Milesio, illa gloria servata fuit, ut primi eclipses supputarent, stupentique vulgo praedicerent. Verum quantumcunque tandem sit, quod barbarorum ingenio debeatur, Graeci certe ita illud & amplificarunt & exornarunt, ut ipsi demum veri Mathematicarum disciplinarum inventores dici haberique possint. De Arithmetica quidem quam praeclare meriti sint, quid multis commemorem? quorum industria non vulgaris tantum, sed analytica etiam, quam hodie Algebram vocitant, nobis est comparata. Atque hic inveteratus prope error ex hominum animis evellendus est, quo Arabes nobilis hujus subtilisque artis satores ac parentes ferunt. Quod si omnia vetustatis monumenta, quibus pulcherrimum inventum Graecis vindicari possit, fatali illa librorum

stra-

ſtrage intercidiſſent: tamen hanc analyticam numerandi rationem, aeque ac reliquam Arabum eruditionem, ex Graecis fontibus repetitam crederemus. Jam vero cum ſupereſt Diophantus Alexandrinus, vir longe acutiſſimus, qui ſe principem Analyticae Arithmeticae inventorem & dicat & re ipſa probet: tamenne Arabibus, quod per vim & ambitionem interverterunt, tanquam proprium tribuemus?

Pari ſtudio Graeci, & vero etiam vehementiori, rationes ducti in pulvere radii demonſtrarunt. Certe ſi immortalia eorum in Geometriam merita ſigillatim perſequi inſtituerem, vox me citius aut dies, quam materia, deficeret. Ecquis veſtrum eſt, Auditores, qui in hujus doctrinae adyta penetrare cupiens, non Euclide uſus ſit myſtagogo? De quo illud mirabile ad laudem ac prope ſingulare praedicatur, qui ejus placita vel in dubium vocarit, vel erroris convicerit, per tam immenſi temporis decurſum adhuc repertum eſſe neminem. Euclidem brevi poſt excepit is, quem aetatis ſuae Newtonum dixeris, Archimedes; qui, quantum Graeci ceteris nationibus ingenii gloria antecelluerunt, tantum Graecos omnes incredibili mentis vi & celeritate anteivit. Namque univerſam Matheſin felici induſtria perſecutus, obſcuris lucem, dubiis fidem attulit, atque hanc tam inſignem laudem infinita novorum inventorum multitudine cumulavit. Geometriae vero ſcientia ſic excelluit, ut in ejus libris jam veſtigia ſublimioris, qua aetas inprimis noſtra gloriatur, Geometriae haud levi-

viter impressa appareant. Archimedi tum alios, si libet, adjicite, tum inprimis praestantem arte sua hominem, Apollonium Pergaeum, qui primus omnium, quantum scimus, latentes antehac & obscuras Conicarum sectionum proprietates in lucem protulit, & scienter declaravit.

Major ex coeli & siderum observatione in vitam humanam redundat utilitas, quam ut a Graecis negligi spernive potuerit. Itaque nullus fere ante Socratem aliquo nomine extitit philosophus, qui non siderum magnitudinem, intervalla & meatus, quanta posset diligentia, anquirenda existimaret. Pythagorici inprimis, quod summa vigilantia coelum spectarint, summis in coelum laudibus feruntur. Ex qua nobilissima familia Philolaus, si quis alius, commemorandus est, qui princeps solem in universi centro sic collocavit, ut ipse circa axem rotetur suum, planetae autem omnes circa ipsum orbitis rotundis moveantur. Cujus sententiae primum auctorem cum antiquarum expertes literarum Nicolaum Copernicum jactarent, Ismael Bullialdus, vir eximius, qui, raro exemplo, ad Astronomiae laudem politioris humanitatis decus adjecerat, inventi tam praeclari gloriam rursus Philolao vindicavit. Ita non pauci hodie, praesertim ex illis, qui in compendii alicujus angustias compacti & conclusi sunt, quae ante plura jam secula veterum scriptis sermonibusque celebrata reperiantur, pro recens inventis venditant, majorine imperitia, dicam, an insolentia & vanitate.

Sin-

Singulos vero, quorum opera & labore Aſtronomia creverit, ſi enumerarem, quem tandem exitum oratio noſtra inveniret? Mitto igitur Eudoxum Cnidium, mitto Metonem Athenienſem, mitto Ariſtarchum Samium, mitto denique tot alios & meritis ſuis & aliorum praeconio nobilitatos. Nec tamen Archimedes hic praetereundus eſt vel ob eximiam ſphaeram ab ipſo inventam, in quam ſolis, lunae, & quinque errantium motus ſic illigaverat, ut celeritatis & tarditatis rationem, quam converſionibus ſuis tenerent, feliciſſime imitaretur. At enimvero ſuperiorum Aſtronomorum omnium luminibus multum offecere duo excellentes viri, & ad ſiderum ſcientiam amplificandam, atque in juſtum artis habitum cogendam, nati factique, quamvis aetatum disjuncti intervallis, Hipparchus & Claudius Ptolemaeus; quorum prope innumerabilibus obſervationibus inventisque Aſtronomia plus incrementi cepit, quam vel ſuperioribus ſeculis cunctis, vel pluribus deinceps ſecutis. Nolite tamen putare, Auditores, me vel tam ineptum antiquitatis admiratorem eſſe, vel tam iniquum recentioris induſtriae exiſtimatorem, ut veterem Aſtronomiam cum novae hujus ſplendore ullo modo comparandam ducam. Erudita illa Graecorum gens ultra, quo progrederetur, vix habuit, tum aliis cauſſis impedita, quas hic referre nihil attinet, tum omni fere ſupellectile, quae ſideribus obſervandis inſerviat, deſtituta. At quot & quales hodie opportunitates habemus! quantam

omnis

omnis generis instrumentorum copiam! Quo magis saepenumero veterum sagacitatem admiror, qui, quae recentiores tuborum ope cognorint, eadem, tanquam divini, rara & singulari ingenii vii conjecerint. Democritus certe tot seculis ante natum Galilaeum docuerat, galaxiam non nisi ex infinita exiguarum confertarumque stellarum multitudine constare. De Lunae vero natura, phasibus, maculisque complures veterum, absque oculo arte adjuto, eadem, quae recentiores coeli siderumque spectatores, tradiderunt.

Cum omnes omnino artes, quibus vitae humanae commoda adjuventur, & ortum suum Graecis debeant, & incrementa, quid mirum est, si Mechanica, cujus usus latissime patet, eorumdem ingeniis exculta egregium in modum fuerit ac perpolita. Archytam Tarentinum, accepimus, non tantum machinas, quae inspectantes stupore defigerent, effinxisse, sed & primum omnium accuratam illarum construendarum rationem literis explicasse. Inter omnes autem, quos prisca aetas tulit, Mechanicos maxime eminet Archimedes ille ad miraculum usque ingeniosus. Qui cum Syracusae gravissima obsidione a Romanis premerentur, quod ingentium copiarum robur vix efficere potuisset, id effecit unus, patriam urbem per tres annos machinis bellicis, quas summa sollertia excogitasset, ab hostium irruentium vi defendens. Idem eodem tempore Marcelli classem mirabilium illorum speculorum ope exussit, simulque nobis do-

cumentum dedit, Optice ad quantum culmen fuerit a Graecis provecta. O! civem egregium, nec unquam satis laudandum, cujus ingenium patriae tanto praesidio fuit, quanto ornamento. Extulit citerior aetas multos excellentesque Mathematicos; sed ex quo patria fructum tam amplum ceperit, extulit neminem. Hospes sit, oportet, & peregrinus in Graeca historia, quem non saepe tot tam varii generis tormenta bellica, arietes, testudines, helepoles, turres, aliaque incredibili sagacitate reperta, in admirationem rapuerint. Nihil jam dicam de artificiis, quae ex eadem machinali doctrina ad multiplices hominum usus, tum necessitatis, tum delectationis caussa, uberrime effloruerint.

Mechanicam ars illa, quae aedificandi leges dat, arctissima cognatione attingit: cujus quam exquisita scientia Graeci praediti fuerint, vel ex Graecorum architectorum commentariis, quos Vitruvius in compendium misit, in unumque corpus perite conflavit, satis cognoscere potestis. Sed quanto hoc clarius & luculentius ex magnificis illis monimentis, quae vel omnium rerum confectrix aetas, vel Saracenorum furor & immanitas reliqua fecerint, intelligi potest! quibus, quamvis misere habitis, contemplandis admirandisque eruditorum peregrinatorum oculi animique nunquam satiantur. Itaque nulla hodie in cultiori, qua patet, Europa gens est, quae non Graecis hac in arte principatum deferendum ducat. Ac peritissimi quique aetatis nostrae architecti pulcros sese

bea-

beatosque judicant, si quid imitando, quod proxime ad Graeci praestantiam operis accedat, effingere queant.

Sed quo plura Graecorum inventa refero, eo magis mihi crescit materia dicendi. Etenim nihil adhuc dixi de Geographia, nihil de Gnomonica, nihil de Hydraulica, nihil denique de Musica, quae & ipsa cum olim Mathesis pars esset, insignem Mathematicorum opem & auxilium experta est. Neque a proposito alienum foret, de nobilissimis artibus, Pictura & Sculptura hic differere: in quibus laudandis quantum se jactare nostra posset oratio! Quid enim signorum habet aetas recentior, quod cum antiquitatis Graecae pignoribus comparatum non sordeat? Sed haec omnia pro materiae dignitate explicare, temporis, quibus concludor, angustiae vetant. Neque tamen ita properandum est, ut praeclarissimam illam humanae vitae sospitam & conservatricem, Artem Medicam, cujus ope cum maxime indigeo, silentio praetermittam. Haec, ut reliquae artes, a rudibus exiguisque profecta initiis, tandem per multos gradus pervenit ad Hippocratem, divinum hominem, immensa omnium, quae ingenio continentur, artium scientia praeditum, & naturae observatorem tam diligentem tamque accuratum. ut & alios fallere, & ab aliis ipse falli nesciverit. Hic simplicissimam & naturae consentaneam medendi viam ingressus, brevi salutarem artem ad summum decus provexit. At illa Hippocratis semita, quae sola ad humani generis

salutem duceret, quam paucorum notata est vestigia! Brevi neglecta obsolevit tradita ab eo medicinae excolendae ratio: In certae experientiae locum philosophicae argutiae successerunt: Jacuit ipse hujus artis parens ac princeps: circulatores atque anilium nugarum institores in coelo fuerunt. Sed tandem divinitus excitatus Hermannus Boerhavius, alter Hippocrates, quo vix quisquam hanc Academiam, ipsumque nomen Batavum majori illustravit gloria, summum illum Coorum heroa in pristinam dignitatem restituit, ejusque studium & oratione, ex hoc ipso loco habita, & multo magis exemplo suo, sic artis salutaris studiosis commendavit, ut jam universa fere Europa se ad Hippocratis auctoritatem contulerit.

Atque ita potiorum artium originem, quanta potuimus brevitate usi, enarravimus. Restant deliciae illae nostrae & amores, liberalissima humanitatis studia: in quibus veteres illi Graeci omnium consensu gentium vere regnant ac triumphant. Quem enim ulla natio poëtam protulit, qui cum Homero; quem oratorem, qui cum Demosthene; quem historicum, qui cum Thucydide sit ullo pacto comparandus? Latium solum ea edidit aluitque ingenia, quae Graeciae gloriam prope in discrimen vocarent? Sed quis Graecis Latinos opponat, qui quem habent ingenii cultum, a Graecis ad se traductum esse, ingenue fatentur? Aegre ab hoc loco, & ad fructum uberrimo, & ad voluptatem suavissimo, discederem, nisi jam

mi-

mihi harum literarum quotidie celebrandarum facultas oblata esset jucundissima & maxime animo exoptata meo. Quod immortale beneficium cum a Vobis, Amplissimi Proceres, in me profectum sit, Vos, par est, summa veneratione, Vestris in rempublicam & bonas literas meritis debita, a me compellari. Omnino tam illustrem prolixae erga me voluntatis Vestrae significationem dedistis, nihil ut jam aliud mihi omni vita cogitandum agendumque sit, nisi qua ratione possim me tali ac tanto beneficio dignum praestare. Ex quo quidem tanto uberior laetitiae fructus ad animum meum pervenit, quod eo semper meorum summa votorum rediit, ut mihi juventutem ad illarum artium, quarum ipse amore flagrabam, honestissimum studium erudire publica auctoritate liceret. Quo me nec majus nec pulcrius reipublicae munus afferre posse, tum ipsa ratio mihi persuaserat, tum veterum auctoritas sapientum. At enim insigne illud, quo animus effertur, gaudium non mediocriter conturbat arduae, quam capesso, provinciae contemplatio. Nam in qua tandem Musarum sede publici doctoris partes agam? Nempe in ea, quae eximiis semper in quocunque disciplinarum genere magistris floruit, in hoc vero humanitatis ac literarum studio non nisi summis. Verum enimvero superest, atque utinam diu supersit, studiorum meorum per duodecim annos dux & auctor fidelissimus; qui si me meaque omnia consilio suo moderari perrexerit, non est, quod hujus difficultatem muneris, quantumvis

graveın, magnopere pertimeſcam. Ceterum ſentio magis, Viri Illuſtriſſimi, quam immenſum quiddam & infinitum ſit, quod Vobis debeam, quam verba, quae munificentiae Veſtrae magnitudinem exaequent, reperio. Sed quid opus eſt exquiſitis gratiarum formulis, ubi factis & re ipſa gratus animus declarari multo rectius poteſt? Sic igitur habete, me, quoad vixero, omnem curam, operam, laborem in id collaturum, ne quid unquam Academia Veſtra vel detrimenti vel dedecoris ex me cepiſſe videatur. Cujus diligentiae meae ut Vos quam diutiſſime teſtes & ſpectatores habeam, ex animo precor.

Vos vero cum intueor, Viri Clariſſimi, qui magna cum ingenii gloria divinas humanasque literas profitemini, quanta me voluptate perfundi exiſtimatis? Veſtrum enim haud pauci mihi non modo viam, quae ad ſolidiorem eruditionem duceret, praeiverunt, verum etiam tot tam luculenta beneficia apud me collocarunt, ut, ſi illorum memoriam non ſumma religione conſervem, nefarie peccaſſe cenſendus ſim. Jam cum docendi munus, cujus fauſta, ut ſpero, auſpicia capio, me arctius, quanquam diſpari ordine & loco, ſed arctius tamen Vobiscum conjungit; etiam atque etiam peto a Vobis & contendo, primum, ut, ſi quando erravero, prudentia me Veſtra comiter in viam reducatis; deinde ut amicitiam eam, cujus per complures annos fructum cepi jucundiſſimum, integram mihi atque illibatam conſervetis. Equidem nullum officii genus, quo Vos mihi devinci-

ci-

çire possim, temere praetermittam; &, quando ingenio atque eruditione Vobiscum certare temerarium est, & supra vires meas, fide, animique integri ate, quae nullo oblinatur fuco, Vobiscum certabo.

Te vero, Vir summe & omni laude cumulate, Tiberi Hemsterhusi, ut nominatim appellem, Tuorum in me meritorum postulat magnitudo. Nolim virtutibus Tuis, quas mirari, quam laudare facilius est, ambitiosius commemorandis, pudori ac verecundiae illi, qua non minus, quam immensae eruditionis gloria praestas, importune vim afferre. Dabis tantum hanc mihi veniam, ut grati animi sensus explicans, quanta possum voce testificer, me plus, quam Tibi, mortalium debere nemini. Nam qui sum, quantuscunque sum, ex disciplina Tua profectus sum. Hanc ipsam vocem, nisi Tu eam praeceptis Tuis conformasses, quis unquam dignam, quae ex hoc audiretur loco, existimasset? Etsi igitur omnia, quae homini ab homine praestari possunt, mihi, ut qui maxime, praestitisti: est tamen aliquid amplius quod mihi a Te tribui velim. Nimirum sic me quotidie consiliis monitisque Tuis institues, ut non ego, verum per me Tu erudire studiosam juventutem videare. Quo uti nihil ad publicam utilitatem potest esse accommodatius, sic laudem meam illustrabit potius, quam obscurabit.

Tandem Vos etiam adloquor & saluto, Nobilissimi Commilitones, spes patriae, flos juventutis ex

humanissimis gentibus politissimisque delibate. Vestra res hic agitur. Vobis, Vobis combibendi sunt limpidissimi illi Graeciae fontes, ex quibus quicquid est optimarum artium longe lateque dimanavit. Theologia sola augustiorem ortum habet, quippe ex coelo ad collustrandas mentes nostras divinitus profecta. Verum cum novi Foederis promulgatio Graeco sermone confecta sit, ne ad ejus quidem intelligentiam alius aditus est, nisi per Graecarum praesidia literarum. Itaque si nulla alia ex his literis speranda esset utilitas, illa tamen, quam dixi, ratio sola satis magnam vim habere deberet ad animos vestros mirabili illarum amore inflammandos. Incumbite igitur ad hanc tantam tam praeclaram laudem, ut facitis, meque, si tanti videar, studiorum vestrorum vel ducem capite, vel adjutorem.

ORATIO

DE

DOCTORE UMBRATICO.

1761

Cum ante quadriennium eoque amplius ex hoc illustri atque edito loco, auspicii caussa, verba facerem, etsi animo non mediocriter conturbabar, tamen me erigebat sustentabatque ipsius muneris, tum mihi delati, cogitatio, quod non tam disertam & rhetorum artificiis expolitam orationem, quam nudam argumenti e Graecis literis hausti enarrationem postulabat. Hodiernus autem dies majorem mihi curam & sollicitudinem injicit. Etenim non satis est, locum minus tritum, & ab Historiarum tradendarum munere non alienum, ex vetustatis memoria depromere, nisi hic idem omnibus verborum sententiarumque luminibus ita frequentetur, nemo ut unus, quin Eloquentiae etiam Professio in loco posita sit, in dubium vocare possit. Verum multo vehementius commoveor & loci, in quem prodeo, splendore, & muneris, quod auspicor, amplitudine & gravitate.

Est haec propria & perennis hujus Academiae gloria, illustrari magnis in omni doctrinarum genere viris, in hac autem humanitatis disciplina sine exemplo maximis. Nam ex quo ille inprimis, omnium, quotquot fuerunt, aut fortasse futuri sunt, Literatorum princeps, Josephus Scaliger, Batavam gentem incorrupto veritatis & elegantiae, quae priscis Graecorum Latinorumque monimentis continetur, gustu imbuit, hujus Academiae fasti, quot humaniorum literarum Professores, totidem prope heroas ostendunt. Omnes ne commemorem, quis ignorat Dan. Heinsii, Jo. Fred. Gronovii, Jac. Perizonii & P. Burmanni consecrata ad omnem posteritatis memoriam nomina? Adhuc, non dicam in animis, sed paene in oculis nostris versatur recondita Vir eruditione, & de laudandarum artium studiis praeclare meritus, quem nuper acerbo funere extulimus, Franciscus Oudendorpius. Talium virorum partes cum excipiendae sint, nemo est, quantumvis ingenii & doctrinae copiis affluat, quin se sacro quodam horrore corripi sentiat, nedum ego, qui tantae rei facultatem ut assequerer, optavi quidem semper, assecutum me esse, nunquam existimavi. Neque haec tenuitatis meae conscientia linguam tantum, per se satis infantem, debilitat, sed omnem etiam laetitiae, ex novo honore hauriendae, sensum, si non excutit e pectore, hebetat certe atque obtundit. Verum enim vero demissum animum allevat Vestra, Ornatissimi Auditores, de me spes & opinio, quam ore vultu-

que

que ad festivitatem composito significatis: recreat inprimis atque confirmat honorificum sapientissimorum Academiae Moderatorum de me judicium, cui eo minus diffidere par est, quo longius & humilis prensatio abfuit, & blanda munerum conciliatrix, gratia. Etenim, quae singularis summorum virorum est prudentia, non temere me in hunc altiorem locum provexerunt, sed Graecarum literarum praelegendarum provincia mihi demandanda, per quadriennium virium mearum periculum fecerunt. In qua administranda cum me talem gessissem, qualem maxime voluerunt, idoneus illorum judicio visus sum, cui publicam Historiarum & Latinarum literarum disciplinam delegarent. Nec ignorabant illi, Graecarum Latinarumque literarum studium nuper se, quorundam hominum inertissima segnitie, scidisse, ut, quae olim unae eaedemque, nunc duae prope diversae artes esse videantur. Sed cum iidem praeclare didicissent, has literas ipsa natura & genere ita colligatas implicatasque teneri, ejusdem ut sit dementiae, Latinas a Graecis divellere, & navim communem cum socio dividere, verissime statuerunt, tanto quemque meliorem esse Latinarum literarum magistrum, quanto meliorem Graecarum, & tanto meliorem Graecarum, quanto meliorem Latinarum.

Jam praetervectus scopulum, in quo ne pudor meus offenderet, verebar, liberiore magisque soluto animo ad dicendi argumentum accedo, quod, ut spero, bonum omen novi honoris auspiciis faciet, erit.

eritque huic loco & tempori accommodatum. Omnium fere, in simili munere adeundo, orationem vel in literis commendandis, vel in caussis, cur illae labantur & ad interitum vergant, inquirendis video consumi. Quas quidem caussas cum alii aliunde repetant, hi vehementius invehuntur in juventutis desidiam & mollitiem: illi parentes objurgant, qui ad ambitionis vanitatem, & quaestus humilitatem referant omnia, ad cultum ingenii nihil: hi ingens, quod nuper exarsit, vernacularum linguarum excolendarum studium Graecas Latinasque literas e medio pellere indignantur: illi denique bonas artes, potentium virorum patrocinio orbatas, sic concidisse, graviter conqueruntur. Vere omnes ac merito: quis neget? At mihi in hanc cogitationem incumbenti, quicunque in hoc argumento copiosissime sunt diligentissimeque versati, visi sunt praecipuam, quae literarum fundum affligit, calamitatem vel plane transiisse, vel leviter attigisse, sive quod ejus rei explicatio aliquid invidiae habitura videretur, sive quod semet ipsi imprudenter traducere nollent. Profecto, quae vulgo Musis infesta creduntur omnia, non tantam melioribus literis pestem afferunt, quantam multi eorum, qui se humanitatis magistros dici haberique volunt. Hi enim cum praeclaram juventutis indolem absurda, & nullo consilio temperata, disciplina corrumpunt, & felicia naturae semina, quae fovere & excitare deberent, exstinguunt, quid, quaeso, aliud agunt, nisi ut ipsum humanitatis studium

dium

ctium in perniciem vocent, teterrimamque barbariem reducant? Vere igitur Petronius Arbiter omnem liberalis doctrinae, inprimis eloquentiae, in deterius lapsae culpam confert in *umbraticum Doctorem, qui juvenum ingenia delet.* Juvat, quam Petronius leviter perstrinxit umbratici doctoris disciplinam, in hoc eruditissimorum hominum conventu explicare uberius, praesertim cum illa examinanda, quam ipse viam ac rationem docendi tenendam putem, simul significare ac declarare possim. Quod dum facio, quaeso a Vobis; Ornatissimi Auditores, ut me, sicut facere instituistis, benigne attenteque audiatis.

Etsi plerique mortales insito quodam lucis & celebritatis studio ducuntur, multos tamen in literarum studiosis reperietis, qui sive naturae morositate, sive superbia, & aliorum contemtu, sive nimia literarum aviditate, sive quacunque alia caussa, in musei umbra ita se literis abdant, ut reipublicae lucem, hominumque consuetudinem fugiant, nec quicquam, quod ad communem fructum & utilitatem pertineat, in adspectum producant: qui inde a Latinis *umbratici* sunt appellati. Hi postquam se ab hominum commercio segregarunt, ceteris hominibus nulla re similes esse volunt, sic demum, stulte credentes, se graviorem augustioremque speciem habituros. Vultus est tetricus & truculentus, ridiculus incessus, abhorrens a more communi corporis motus, vestitus immunda illuvie squalens, ut non homines diceres, sed hominum terriculamenta. Quodsi forte ex umbra-

braculis ſuis in honeſtioris conventus lumen protra-hantur, tum vero quaſi in ſole caligant, anxie tre-pidant, nec, ut ingenuos homines decet, oculos attollere audent. Ex hoc inſano ſolitudinis ſtudio, primum, animus, ſi ante integer fuit, contumaciam arrogantiamque contrahit. Nam ut infantes, quibus nulli obtigere colluſores, contumaciſſimi eſſe ſolent, ſic umbratici homines, ab omni convictu conſuetu-dineque civili remoti, cum nunquam vel monendo, vel caſtigando, ad humanitatem ſint comitatemque revocati, duros, difficiles, & prope intolerabiles ſe aliis praebent. Cumque in illa vita ſolitaria, qui plus ipſis ſapiat, videant neminem, opinionis & aſ-ſentationis errore ſe ſolos inter mortales ſapere, ſe ſo-los pulchros beatosque eſſe putant. Porro in iſtis la-tebris ſenſum, qui communis dicitur, ita perdunt, ut, ſi alius, atque de literis, ſermo cum ipſis inſti-tuatur, vix muliercularum ludibrium effugiant. Ta-lis denique eorum animis ſtupor ab obſcura vivendi ratione offunditur, ut, quid in quaque re verum, pulchrum, & decorum ſit, ſentire nullo modo queant. E decori praeſertim neglectu innumerabiles exiſtunt ineptiae, quae per omnes vitae partes vagantur. Hoc Pedantismi vitium (utamur enim Gallico verbo, cum in Latina lingua ſatis aptum huic rei nomen non in-venimus) hoc igitur vitium tam late patet, nullus ut eruditorum ordo ſit, quem non ejus contagio le-vius gravius infecerit. Sed, ut verum vel invitus fa-tear, maxime hoc malo laborant ii, a quibus omnem

de-

decoris, pulchritudinisque ſenſum, ipſam denique amabilem humanitatem exſpectaretis, propterea quod literas, quae ab humanitate nomen habent, profitentur. Quid ergo? an humaniſſimae literae, quae mores emollire, & feritatem animis eximere dicuntur, quicunque illas colunt, feros atque inhumanos reddunt? An veteres ſcriptores, pleni venuſtatis, gratiae, leporis, ut quisque familiariſſime cum iis verſatus eſt, ita illum ineptum, agreſtem & inficetum a conſuetudine ſua dimittunt? Minime vero. Unde igitur hujus rei cauſſam ducamus? Nempe haec humanitatis diſciplina, primum, rerum magnitudine & varietate tam ampla eſt, & per tot antiquitatis monimenta diſſipatur, ut, niſi quis divino praeditus ſit ingenio, remotus plerumque ab oculis populi, omne otium tempusque in ea diſcenda conterere debeat. Quo umbratili otio cum quidam ita capiantur, ut, Timonis inſtar, ab omni humana ſocietate abhorreant, ſenſim inde mores contrahunt, quos dixi. Deinde hae ipſae literae, quanquam maxime elegantia & ſuavitate cenſentur, habent tamen hic illic ſpinas vepresque, non illas quidem a ſcriptorum ingenio, ſed a barbari temporis inſcitia & corruptela. In quibus ſenticetis cum iſti, neſcio qua mentis pravitate ducti, libentius deſideant, quam in lactis amoenisque viridariis, neceſſe eſt ingenium etiam exaſperari, & velut horridum hiſpidumque reddi. Huc accedit inſanum minutiarum ſtudium, quod proprium eſt literatoribus otioſis. Gerris enim crepundiisque tractan-

tandis animus ad eam humilitatem abjicitur, ut nullius, nisi levis, minutae, & puerilis rei cogitationem suscipere possit.

Jam satis bene cum literis, earumque studiosis ageretur, si tales lucifugi suum modo ingenium perversa studiorum ratione corrumperent. Sed cum juvenilis aetas iis potissimum erudienda tradi soleat, eadem perversitate juvenum ingenia ad altum surgentia delent. Etenim falsa scientiae opinione inflati, non se accommodant infirmis ingeniis, sed, ut supra vulgus sapere videantur, eruditionem venditant, docendo difficultates augent, & angustas puerorum mentes praeceptorum farragine opprimunt & suffocant. Ita fit, ut adolescentuli animum despondeant, & quas nondum cognovere literas, odisse incipiant. Dandum esse aliquem huic aetati ludum, quo animus remittatur, indulgendum interdum & connivendum levioribus peccatis, una & consentiens prudentum virorum vox est. At hic de umbra doctor semper est

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero:

semper in ore habet illud in scholis adeo decantatum, *o! tempora, o! mores.* Sed ut faciles simus, & hanc tristitiam ac morositatem feramus, quis immanem in puerorum terga saeviendi consuetudinem ferat? Vix alia res est, mihi credite, quae majorem optimarum artium studiis calamitatem importet. Acci-

cidit enim nescio quo iniquo literis fato, ut plagosi Orbilii illis potissimum, qui ingenii praestantia literis aliquando ornamento essent futuri, omnem discendi amorem excutiant. Frustra quis erectioris indolis juvenes, tali contumelia affectos, ubi semel scholas reliquerint, revocet ad veteres scriptores iterum evolvendos: quippe cum ipso Ciceronis aut Virgilii nomine redit tristis imago immisericordis paedagogi. Quid jam dicam de ridiculo horum magistrorum supercilio & fastu? Ferulam dum gestant, sceptrum regium se tenere opinantur, stolideque jactant, se Grammaticam, doctrinarum reginam, docere, secum & natas & morituras literas: erigunt denique tribunal, Scioppiano isti simile, ad quod summi viri, si forte in vocula syllabave lapsi sint, obtorto collo rapiantur. Atque utinam hanc arrogantiam, ceterasque scholasticas ineptias in scholis relinquerent, nec secum in vitam civilem ferrent! Sed, dum puerorum gregem ficta auctoritate continent, in eam consuetudinem adducuntur, ut extra scholam etiam eandem gravitatem affectent, vultumque minacem ostendant. Quibus moribus cum semet ipsi omnium contemtui expon nt, tamen deplorant sortem suam, & graviter queruntur, se lepidorum hominum ludibrio vexari, congressumque suum, tanquam contactu contaminet, a viris illustrioribus vitari. Sed ut illi dignas moribus suis poenas luunt, sic iniquissimum est, paucorum ineptias vulgo ad universos trahi, ipsumque scholasticum ordinem, cujus quanta

eſt utilitas in republica, tanta etiam dignitas eſſe debebat, in contemtum & invidiam vocari.

Cognoviſtis, Auditores Ornatiſſimi, doctorem umbraticum in leviori Grammatices ſtudio: jam eum cognoſcite in graviori.

Praeclare comparatum eſt more inſtitutoque majorum, ut juventus ſalutari Graecorum Latinorumque ſcriptorum tanquam ſucco mature imbuatur. Cum enim viri eximia mente & conſilio praediti vidiſſent, non ſummam modo humani ingenii vim in Graecis Latinisque eluxiſſe, artesque omnes liberali homine dignas ab iisdem & inventas eſſe, & plene cumulateque perfectas, ſed incredibiles etiam animi virtutes in eorum libris eſſe expreſſas: ex his fontibus omnem ingenii cultum, omnem ſolidiorem doctrinam, ſapientiae porro ac prudentiae praecepta, &, quod multo majus eſt, vitae bene inſtituendae exempla haurienda eſſe ſtatuerunt. Horum igitur ſcriptorum interpretatione prope omne ejus, qui ſe humaniorum literarum magiſtrum profitetur, munus abſolvitur. Sed has partes, nolite dubitare, quin omnium peſſime tueantur ii, qui tota vita in umbra deſederunt. Nam, ut alia mittam, quis non intelligit, ne lucem quidem a tenebris magis differre poſſe, quam horum veſpertilionum judicium diſcrepat a veterum ſcriptorum, quos interpretari conantur, ſenſu? Hi quidem cum omnem vitam in reipublicae luce, in bello, in foro, in legationibus, aliisve graviſſimis civitatis muneribus transegiſſent, aut mores venuſtorum homi-

minum consuetudine excoluissent, simillima splendidae vitae monimenta literis prodiderunt. Nihil in illis humile, nihil putidum, nihil ineptiis fucatum, nihil quod scholae sordes redoleat: omnia lucent naturali pulchritudine, & singulari quodam splendore, quem magni & elati animi tanquam spiritus afflavit. Jam quomodo magistri, e latibulis extracti, juventutem ad talis pulchritudinis sensum acuent, quam nec sentiunt ipsi, nec, ut sentirent, unquam elaborarunt? Quomodo, qui omnes cogitationes suas in quisquilias abjecerunt, quid suaviter, acute, venuste, magnifice dictum, secusve, sit, judicabunt? Mirum fortasse quibusdam videatur, quod dicam: sed verum esse, ipse experiundo cognovi. Saepenumero homines mediocriter docti, at bono praediti ingenio, & vitae humanae usu politi, quid in antiquis scriptoribus rectum, venustum, & admirabile sit, multo melius intelligunt, quam qui aetate in tenebricosis ergastulis conterenda, permagnam sibi eruditionem compararint. Gallica gens, ut ludis dedita scenicis, Tragicorum & Comicorum poëtarum exquisitum judicium habere putatur. Ac vidi in ipso hujus gentis elegantiori sexu, non eruditas illas quidem de scholae more, aut ineptas eruditionis ostentatrices, quales Galliae Menander lepida fabula exagitavit, sed quarum praeclarus naturae habitus sola vitae elegantia esset excultus, vidi igitur, quae de Sophoclis & Euripidis dramatis, sibi tantum per versionem cognitis, longe verius judica-

tent, quam multi, quos cognoram, de ſchola literatores, qui omnes horum poëtarum verſus memoria tenebant. Non illae quidem diſputare poterant de loquendi formulis, de Atticismo, de metro Tragico, ſed tanto melius intelligebant, qua ratione fabula eſſet contexta, quam apte nodi adſtricti, & rurſus ſoluti, quantum poëtae artificium in moribus exprimendis, quae ſententiarum altitudo, qui animorum motus efficaces vel ad virtutis amorem, vel ad vitii odium concitandum. Vix ullus poëta eſt, qui lautioris generis & fortunae hominibus magis in deliciis ſit Horatio. Cui tametſi nihil ad ſummam vel ingenii vel artis laudem deeſt, tamen, quod prae ceteris poëtis, magnis ſplendidisque viris comes haereat, inprimis tribuendum eſt mirificae illi urbanitati, quam ex Maecenatis, unius omnium politiſſimi viri, & vero ex Auguſti aula, veriſſima omnis elegantiae ſchola, duxit. Hanc Horatii venuſtatem lucifugi, quos perpetuae lucubrationes ſtupefecerunt, guſtare non poſſunt: ſed ingenio elegantes viri ſentiunt eo acrius, quo magis verſati ſunt in luce commerciorum. Itaque veriſſimum credo id, quod mihi aliquando confirmavit vir generis ſplendore, & honorum amplitudine, incertum, an ingenii & doctrinae elegantia illuſtrior (*), cum diceret, ſe juvenili aetate Horatium ita triviſſe, ut omnes

(*) Comes Guil. a Bentink.

omnes ejus versus tanquam digitos suos nosset, sed exquisitiores ejus veneres & lepores tum demum, cum honorum cursu ad mores hominum, regum inprimis & principum, cognoscendos esset delatus, penitus percepisse. Sed redeat oratio ad umbraticos doctores, unde deflexit. Ut humilis & angustus eorum animus est, ita humilem etiam de antiquis scriptoribus opinionem susceperunt. Nam quod bonorum, quae inde ad nos proficiscuntur, omnium minimum est, ut sermonis puritatem ex iis hauriamus, illi longe maximum & prope dicam unicum bonum censent. Itaque, missis rebus, quarum cognoscendarum caussa veteres scriptores ab hominibus sanis leguntur, nihil nisi verba scrutantur, diligentia quidem adeo miseranda, ut, quoties vocabulum vel dicendi forma apud quemque scriptorem occurrat, scrupulose ad calculos vocent. Ex quo luto si se erigant, ritus antiquos & fabulas ad ineptias usque consectantur. Non illi, legendis divinis Homeri & Virgilii carminibus, una cum poëtis animo efferuntur, & semet ipsi videntur majores fieri, non interiores ingenii & sapientiae opes quaerunt, sed in verborum cortice haerent, fabulisque cognoscendis delectantur. Ex quo fabularum studio ortae sunt vanae & ridiculae talium Grammaticorum quaestiones, veterum etiam ludibrio explosae: Quid Sirenes cantare sint solitae? quot Ulysses remiges habuerit? Quae nomina fuerint heroum in equo Trojano abditorum? An canes aluerit Cyclops? O! minutos

magiſtellorum animos! o! ſtultum laborem ineptiarum! Iidem in Cicerone non id, quo uno vera ejus magnitudo judicanda eſt, vim eloquentiae, ſapientiam vita, haud facile dixerim, an ſcriptis teſtatiorem, animum denique omnium rerum prae patriae ſalute contemtorem, admirantur, ſed feſtivam loquendi formularum copiam & varietatem. Et mirabimur, juventutis talibus magiſtris commiſſae animos, non ad magnificentiam ali & roborari, non ad veterum heroum exempla formari, ſed potius deprimi ad frivolarum vanarumque rerum ſtudium?

Hic quod diximus, umbraticos doctores maxime ritus antiquos venari, nemo ad antiquitatis contumeliam trahat. Quis enim, cui mens ſana eſt, reprehendat ſtudium ad utilitatem uberrimum, & ad ſuavitatem jucundiſſimum, ſine quo nullus ad quemvis veterem ſcriptorem intelligendum aditus patet? Non morum, conſuetudinumque vetuſtarum inveſtigationem, ſed praepoſteram perverſamque, qua iſti antiquitatem excutiunt, diligentiam ſpernimus & repudiamus. Etenim neglecta illa antiquitatis parte, cujus perlate patet uſus, in levibus nugatoriisque inquirendis verſantur. Citius tibi explicabunt, qui Deus fuerit Ajus Locutius, quae Dea Cunina, quae Cloacina, quam quod ſit diſcrimen inter jus Civitatis, jus Latii, & jus Italiae. Citius enarrabunt, quid Romani comedere & bibere ſoliti fuerint, quam qua ratione rempublicam temperarint. Itaque cupienti tibi aucti

lap-

lapsique Imperii Romani caussas cognoscere, animum explebit Montesquieusius; hi praeclari antiquarii te inanem dimittent. Extitere quondam Aristotelis libri Πολιτειῶν, quibus CLVIII. Rerumpublicarum originem, formam, leges, publicos privatosque mores explicuerat, divinum & admirabile opus, ut e fragmentis existimare licet, quod plurium aliorum librorum, qui ad nos pervenerint, jactura redemtum vellem. Atque hoc tam grave damnum qui deplorent, multi sunt, qui resarcire conetur, nemo. Haec, haec digna est erudito & antiquitatis studioso homine materia, qua rite tractanda de civili disciplina, atque adeo de genere humano bene mereatur. Contra paedagogorum ingeniis relinquendae sunt insulsae de veterum calceis, annulis, fibulis, & poenulis compilationes.

At dixerit aliquis, si inficeti tenebriones in veterum libris nihil nisi ritus & formulas quaerunt, neque adeo vim & praestantiam, quae illis inest, mente & intelligentia consequuntur, qui fit, ut classicos, quos vocamus, scriptores tam ambitiose laudent, sine modo crepantes coeleste Platonis ingenium, Atticos sales Aristophanis, admirabilem Ciceronis eloquentiam, beatam Livii ubertatem? Huic quod respondeamus, non alte petendum est. Nego illos de suo sensu, & de certa animi persuasione sic judicare: negent omnes necesse est, qui eorum stuporem & ineptias cognorint. Quid igitur? Psittaco-

rum instar voces, quas a primariis viris acceperint, reddunt, si forte imperitis persuadere possent, non minus se, quam Scaligeros & Casaubonos, quae tantorum scriptorum sit excellentia, tenere. Ac nescio, an priscis scriptoribus contumeliosum sit, ab istis cum laude commemorari. Nam qui a studiis nostris alieni, Demosthenem, ut hoc utar, aut Ciceronem talium magistrorum praeconio celebrari audiunt, statim sibi fingunt speciem abjecti, inepti & umbratici literatoris, quales sunt, qui eos laudibus ferunt. Unde fit, ut multi optimos antiquitatis scriptores istorum jejunitate metientes, ipsas ingenuas artes, quae inde ad nos manarint, respuant, ac pro nihilo ducant. Enimvero paedagogorum labes non est cum divinis viris communicanda. Jaceant magistelli: in coelo sint veteres heroës: rideatur paedagogica disciplina: in honore sint artes ab antiquorum ingenio ad nos profectae. Sed non satis est cerebrosis doctoribus, veteres comparato ad ostentationem studio laudare, nisi hanc laudem conjungant cum acerba ingeniosorum, quos recentior aetas tulit, scriptorum vituperatione. Etenim seculum, quo vivunt, illis adeo consenuisse videtur, nihil ut in ullo doctrinae genere, quod legi operae pretium sit, proferre queat. Nauseant ad Bossueti & Fenelonii eloquentiam: illepidos vocant lepores Molierii: sordet Cornelius cum Sophocle, Racinius cum Euripide comparatus. Fontanum vero ubi Phaedro longe praeferri audiunt, plane cerebrum sibi excuti

pu-

putant. Nos tametſi veteres artibus iis, quae ingenio continentur, ita excellere judicamus, ut poſteris omnem ſui conſequendi ſpem abſtuliſſe videantur, tamen, quin vel ſtolidi, vel invidiae labe ſuffuſi, obtrectatoris ſit, ſuam noſtrae aetati laudem detrahere, nihil dubitamus. Quin ad utilitatem fructuoſisſimum, atque ad animi voluptatem liberaliſſimum eſt, maxima ex antiquitate ingenia cum citerioris temporis luminibus committere, & quam felici ſtudio recentiores antiquos illos imitati ſint, curioſe explorare. Et quid vero aliud livore pallidi Grammatiſtae acerbiſſimo in nova ingenia odio proficiunt, niſi ut ipſi liberalioris animi viris riſus jocusque ſint, vel, quo nihil eſt indignius, auctoribus antiquis invidiam conflent. Eſt enim novitiorum quorundam ſcriptorum ea ſtultitia, ut ſe tum demum illatam ſibi injuriam egregie repuliſſe putent, cum indignationem & iram, quae in paedagogos effundenda fuiſſet, in ipſam antiquitatem evomuerint.

Sentio orationem a propoſito paullum declinaſſe. Agebatur enim inprimis, ut, quae umbraticorum paedagogorum per omnes humanitatis partes diſciplina ſit, oſtenderemus. Hoc igitur faciemus, ubi ante, quam fieri poteſt breviſſime, demonſtrarimus, quomodo eorundem inſcitia humaniorum literarum fines, a veteribus ſapientiſſime conſtitutos, mutarit. Olim humanitatis ſtudiis non tantum Poëſis, Eloquentia, & Hiſtoria, ſed inprimis

Philoſophia, &, ſine qua vix percipi philoſophia poteſt, Matheſis continebantur. Quinctilianus quidem in ipſo Grammatico, id eſt, poëtarum interprete, cum philoſophiae, tum ſiderum ſcientiam requirit: quippe poëtae, quos vetuſtiſſimos ſapientiae magiſtros fuiſſe ſcimus, permulta Philoſophia & Aſtronomiae veſtigia carminibus ſuis impreſſerunt. Sed videte, quam verſa in deteriorem partem ſint omnia. Iſti in literarum opprobrium nati literatores, cum nugarum levitati tractandae eſſent adſueti, Matheſis difficultate deterrebantur, nec Philoſophiae ſeveritatem ferebant. Quid igitur accidit? Veteres philoſophos omnes, quamvis claſſicorum auctorum numero comprehenſos, procul a ſe amandarunt, ipſamque Philoſophiam (o! coecas hominum mentes!) tanquam infauſtum omen deſpuerunt. Videas igitur, qui alios poëtas vaſtis commentariis obruant, non audere attingere Lucretium. Mole annotationum & conjecturarum laborant Ciceronis Orationes & Epiſtolae. At ejus libris philoſophicis, qui interpretis nomen & dignitatem ſuſtinere poſſit, nondum obtigit quiſquam. Quid? Manilius nonne tenebris ſordibusque adhuc oppletus jaceret, niſi literatores in paucis graviorum artium praeſidio inſtructi, Scaliger, Huetius & Bentlejus illum ſibi explicandum corrigendumque ſumſiſſent? Quae cum ita ſint, quis miretur, literatores ſaepe a philoſophis tanquam ſyllabarum aucupes rideri, qui paleas modo e veterum libris legant, uberrima re-

rerum ſententiarumque ſegete neglecta? Quo opprobrio ſi tales, quales deſcripſimus, dignos cenſeant, ad ſuum judicium adſcribant ſententiam noſtram. Verum artificum inſcitiam ad artes ne transferant, neve propter quorundam literatorum fatuitatem, ipſas politiores literas contemnant. Nam turpe eſt philoſophis, neſcire hominum culpam ſegregare ab innocentia rerum.

Philoſophia igitur & Matheſi bonarum artium choro excluſis, reſtat umbraticis magiſtris Eloquentiae, Poëſis & Hiſtoriae diſciplina. Jam primum videamus, quam viam faciant ad eloquentiam ituris. Qui eloquentiam ex vero aeſtimant, non magnam vim ad eam comparandam praeceptis tribuunt, ſed prope omnem ab animo magno & excelſo, virtutis & ſapientiae admiratore, vitiorum, ſordidarumque rerum contemtore, ducunt. Qualem animum ſi quis veterum oratorum, Demoſthenis inprimis & Ciceronis, lectione adjuvet incitetque, aſſidua dicendi ſcribendique exercitatione adjungenda, facile, quod in eloquentia ſummum eſt, conſequetur. Sed ad hanc veram & maſculam eloquentiam cum pravi & illiberalis animi magiſtri adſpirare non poſſent, aliam adulterinam in ſcholas invexerunt, verbis turgidam, ſententiarum inanem, & ceteris rebus ineptam; ut merito in eos corruptae eloquentiae culpam conjiciat acerrimus umbratilis diſciplinae exagitator, Petronius. *Pace veſtra*, inquit, *liceat dixiſſe*, *primi omnium eloquentiam perdi-*

didiſtis. Levibus enim atque inanibus ſonis lu-bria quaedam excitando effeciſtis, ut corpus oratio-nis enervaretur & caderet. Hic ſi ita de aeta-ſuae rhetoribus judicavit, quid eum, ſi viveret, et recentioribus magiſtris cenſetis judicaturum, qui nos eloquentiam, id eſt, ſapientiam copioſe loquentem, ſed ſtultitiam loquacem juventuti tradunt, & tum ſe credunt mirifice locutos, cum oratio ſua a communi ratione maxime abhorret. Sunt, qui exoletae vetuſtatis amore capti, cum Euandri matre loquantur, ut docti etiam, niſi gloſſaria percurſa & prope decantata habeant, in ſingulis verbis haereant. Multo plures, ſpreta aurea illa Ciceronis ſimplicitate & verecundia, tumidum, phaleratum, & translationibus audax dicendi genus ſectantur, cujus exemplum in Symmacho & Sidonio Apollinari habemus. Tales rhetores quondam multorum ex Belgis animos veluti peſtilenti ſidere afflarunt; quorum perverſa ratio tam late manavit, ut etiam nunc reperiantur, qui non aliam orationem, niſi quae ex ampullis, & grande quid ſonantibus verbis, nullo aetatis ſcriptorumque diſcrimine, conflata ſit, pulchram ac magnificam ducant. Atque hanc potiſſimum cauſſam eſſe crediderim, quare Belgae, quos cunctis gentibus eruditionis gloria antecelluiſſe conſtat, una bene dicendi ſcribendique laude ceſſerint Italis, qui ſe totos ad Ciceronis, & ut quisque ei proximus eſt, imitationem contuliſſent. Neque tamen uno hoc morbo novi eloquentiae magiſtri laborant.

Scribendi recte ſapere eſt & principium & fons.

Quodſi paedagogica fatuitas in Eloquentia, ſive aliis tradenda, ſive exercenda, ludos praebet; quid eam facere arbitramini in Poëtices ſtudio? Vetus dictum eſt, poëtam non fieri, ſed naſci. Quod etſi ſemper illi magiſtri in ore habent, tamen, quae ejus vis ſit, non intelligunt. Nam tot formulis & dictatis hanc artem tradunt, quaſi naturae nihil, omnia egregiae diſciplinae ſuae tribuenda ſint. Ita juvenum, qui celeriores animi motus habent, ſtudia tardant; a natura deſtitutos excruciant miſere. Sed, o! boni, de medio tollite praeceptorum acervum, nec dubitate, quin vaniſſimus omnis in hac arte conatus ſit, niſi quis altos ſenſus, laetam uberemque ingenii venuſtatem, & raram in veritate ac natura imitanda felicitatem, ſecum quaſi domo attulerit. Quo divino munere qui caret, non dicam poëta, ſed ne idoneus quidem futurus eſt poëtarum interpres. Hoc veriſſime a nobis dici, veſtri in poëtas commentarii oſtendunt. Quoties enim poëtis de veſtro ingenio ineptias affingitis? Quoties eos corrigendo ad turpem ſermonis humilitatem deprimitis? Quoties eorum veneres & latentes jocos, aut non capitis, aut interpretando pervertitis? Sed ineptiendi nullus modus eſt. Ingenium etiam ſuum, vel invitis Muſis, in carmine pangendo periclitantur, invitati prava aetatis noſtrae facilitate, quae verſibus canoris, & ad aurium lenocinium comparatis

con-

contenta eſt, nec magnopere deſiderat vel nativam ingenii urbanitatem, vel exquiſitarum ſententiarum copiam. Quomodo igitur in carminibus ſcribendis verſantur? Ex ſicco & arido cerebro ſi nihil extundi poteſt, proſodiae, theſauri poëtici, florilegia & ſimilia infelicium ingeniorum ſubſidia adhibentur. Haerent, unde carminis principium ducant? Ex Helicone advocantur novem ſorores, vel ex Olympo totum agmen Deorum. Nuptiae ſunt elegia celebrandae? Benignam materiam ſuppeditant Venus magico ceſto cincta, &, quem illa comitem trahit, Cupido pharetratus. Funus verſibus ornandum? Convicia de trivio in Parcas & Plutonem congeruntur. Tota denique mythologia ita jactatur & inculcatur, ut Ovidii Ibin te legere credas. Ex horum etiam umbraculis prodiere difficiles nugae, anagrammata, chronoſticha, acroſticha, iſopſepha: quae dum refero technopaegnia, jam in ore veſtro, Ornatiſſimi Auditores, faſtidii ſigna conſpicio. In his ludicris cum olim graves etiam doctique viri bonas horas perdiderint, eſt ſane, quod gaudeamus, aetatem noſtram ita reſipuiſſe, ut, qui in talibus ingenioſi videri velint, vel puerorum ſibilis explodantur. Sed quid poëtaſtrorum deliriis immoror? Ad Hiſtoriae docendae rationem veniamus.

Hiſtoriam aliter tradit tenebris & ſqualore obſitus doctor, aliter elegans & vitae uſu limatus. Ille in hoc ſtudio majores memoriae partes eſſe cenſet; hic judicii. Ille in fabuloſi temporis caligine haeret,

ret, ubi reconditam eruditionem oftentare, minutasque obfervationes jactare poffit; hic ex vetufta hiftoria certiffima quaeque deligit, ftudiumque fuum ad haec quoque citeriora tempora traducit. Ille prae magni & pulchri infcitia levibus, vanis & inutilibus immoratur; hic ad Polybii normam indagat gentium origines, fedes, migrationes, regnorum converfiones, incrementa, deminutiones, mores, inftituta, leges, religionem, nec tantum, quid evenerit, exponit, fed a quibus confiliis & cauffis quaeque actio manarit, quibus artibus cafibusve impedita, infelicem exitum habuerit, quibus adjuta, felicem. Ille denique fe magnifice circumfpicit, ubi immenfam factorum nominumque copiam memoria comprehenderit, variamque fibi eruditionem compararit; hic etfi veram eruditionem nec ipfe negligit, tamen praeftantiffimum hiftoriae fructum effe ftatuit, fplendidis & immortalibus maximorum virorum animis contemplandis, tum fe ipfum, tum difciplinae fuae alumnos ad talis virtutis excellentiam conformare, atque adeo inde fapientiae potius & prudentiae praefidia petere, quam eruditionis. Extiterunt quidem, fuperiore praefertim feculo, e latibulis magiftri, qui fupra Grammaticam fapere, & hiftoriam, fcribendis politicis in veteres Hiftoricos obfervationibus, ad vitae civilis ufum transferre auderent. Sed, mihi credite, nunquam alias turpius fe dederunt. Nam fcholafticis ineptiis obliti, de regum & rerumpublicarum controverfiis, tanto faftu

&

& ſupercilio, quanta ignorantia & temeritate, pronunciabant, & prudentiae praecepta, quae cuivis non ſtultiſſimo, lectis auctorum verbis, ſuapte ſponte in mentem venirent, ad faſtidium usque inculcabant. Quodſi qui in otio & ſolitudine conſenuerint, ad hiſtoriam docendam minus idonei reperiuntur, quales futuros exiſtimatis in hiſtoria monumentis literarum prodenda? Profecto nec bellum commode narrabit, qui nunquam pulverem, ſolem, clamorem, caſtra viderit, nec rerumpublicarum virtutes aut vitia intelligenter explicabit, qui a civitate regenda longe remotus, in obſcuris angulis vixerit, nec arcana aulicorum conſilia callide aſſequetur, qui hominum aditum ſermonemque fugiens, ne privatorum quidem ingenia cognorit, nec dignam magnis rebus orationem afferet, qui in ſordibus volutatus, omnem pulchritudinis ſenſum perdiderit. Atque hinc ratio repetenda eſt, cur, quicquid aetas noſtra, in hoc genere efficere conetur, cum antiquis hiſtoriae monimentis comparatum ſordeat. Nam qui illa aetate hiſtoriam literis mandarunt, e Graecis Thucydides, Xenophon, Polybius, e Latinis Salluſtius, Caeſar, Livius, Tacitus, cum vel exercitibus praefuiſſent, vel maximas civitates rexiſſent, vel certe magnum rerum civilium militariumque uſum ſibi comparaſſent, non modo acta & eventus, ſed conſilia etiam & cauſſas veriſſime exponere, omninoque hiſtoriam, quae civilis prudentiae magiſtra ſit, condere potuerunt. Hodie vero quam abjecta & depreſſa eſt hiſto-

riae conditio! ad quam ſcribendam umbratici fere homines ſtudium ſuum conferunt, iidemque, quo nihil turpius eſt, mercede conducti. Itaque jejunis & macilentis annalibus, commentariisque abundamus: hiſtoriae quod nomen mereatur, vix habemus.

Ex plena & perfecta earum artium, quas ante commemoravimus, ſcientia effloreſcit & redundat Critice, antiquitatis omnis interpres & judex, veri obruſſa, fraudum indagatrix, corruptelarum expultrix, quae nullis limitibus circumſcripta, per oratores, poëtas, philoſophos, hiſtoricos late vagatur, & ſeveram ingeniorum monumentorumque quaſi cenſuram agit. Hujus artis facultate eos tantum, qui ingenio ſupra communem menſuram eminuerint, omnisque liberalis doctrinae pene infinitam vim animo comprehenderint, excelluiſſe ſcimus: qui quam pauci omni aetate fuerint, nemo ignorare poteſt, niſi qui literarum hiſtoriam ignoret. Sed hic in umbraticis doctoribus quid potius mirer, dubito, ſtultitiamne, an impudentiam? qui hanc divinam artem, quam ne attingere quidem debebant, ſibi ſolis arrogant, hanc tanquam filiolam exoſculantur, hujus denique facultate cenſeri volunt. Etenim ingenium ineptiis depravatum, tricasque eruditas potius, quam veram eruditionem, ad Criticen exercendam afferentes, variantium lectionum farragine congerenda, literarum apicibus ad ſuperſtitionem usque excutiendis, vocula mutanda, rancido quodam verbo e ſitu & ſqualore revocando, egregie, ſi Dis placet, ſe Criticorum munere fungi credunt. Sic, dum ſe veram putant

Cri-

Criticen tenere, quid aliud, quam vilissimum literarum aucupium, tenent? Nulla autem in re tantopere sibi placent, quam in corrigendi dicam, an depravandi studio. Equidem commemorare possem, qui omnem aetatem in eo conterant, non ut sibi ex antiquis scriptoribus sapientiam, & bene dicendi intelligentiam ac facultatem comparent, vitamque ipsam elegantiorem reddant; qui unus est hujus studii fructus, liberali homine dignus: sed ut commissa a librariis peccata investigent, in iisque tollendis operam venditent suam. Igitur ut quisque scriptor barbariae sordibus contaminatissimus est, ita libentissime in eo commorantur, habitant, haerent. Mitto recentioris memoriae exempla, ne quem describere velle videar. Nonium Marcellum quis nescit superiore seculo multo diligentius tritum esse, quam Livium, aut quemvis alium bonum scriptorem? Caussam si quaeritis, haec est, quod lacera auctorum apud Nonium fragmenta benigniorem corrigendi materiam praeberent. Quam dispar fuit ratio veri, si quis unquam, Critici, Joan. Freder. Gronovii (*), cujus aurea verba hic recitare, non alienum fuerit: *Ego a prima aetate in lectione veterum id potissimum habui, ut mei mores emendarentur, non ut apices & puncta librorum. Si interim frequenter legendo eo profecimus, ut genium capere scriptoris, ipsumque sua mente & stilo donare possem, in lucro deputavi. Barbari sunt, qui non puram aquam atque ingenuam, quam turbidam sordibus-*

(*) In Epist. ad Nic. Heinsium, Syllog. Epist. T. III. p. 8.

busque permixtam bibere malunt. Sed nihil infelicius magistris, qui in literis & syllabis consenuerunt, pulicum saltus metiuntur, &c. Ad hujus viri normam, quicunque Critici dici haberique volunt, studia sua dirigant, repudiatis stolidis Pseudocriticorum institutis, quibus haec ars in eum contemtum adducta est, ut eleganti ingenio viri, aliud studiorum genus professi, ejus cognitionem sibi indecoram & turpem ducant. Quamquam res jam eo rediit, ut Critice contemtum sui prope patienter ferat: sed infamia, qua adspergitur, acerbissimum ei dolorem inurit. Etenim permulti eorum, qui se Critices alumnos ferunt, ex umbratico maxime genere, morum foeditate bonis honestisque viris se adeo invisos & pene despuendos reddunt, ut inde summum dedecus & ignominia in ipsam artem, quam se profiteri dicunt, redundet. Citat quidem Critice innocentiae suae testes, If. Casaubonum, J. Fr. Gronovium, N. Heinsium, J. G. Graevium, alios, quos non minus vitae elegantia, & amabilis morum humanitas, quam Criticae facultatis commendatio nobilitavit. Sed premitur ejus caussa multitudine eorum, qui reprehendendi libidine, rixandique furore agitati, tum in summos quosque viros, levissima de caussa, debacchantur, tum famam suam inter se lacerant conviciis ex omnis aevi memoria conquisitis. Patres avique nostri, incredibile dictu est, quot quam ridicula & pudenda bella viderint inter hos Lapithas & Centauros gesta. Spes erat, futurum, ut seculi nostri humanitas talium ingeniorum ferociam mitigaret. Falso. Nam exorti sunt, & exoriuntur in dies, qui

de

de nugis tricisque tanta atrocitate inter se digladientur, ut pro capite ac vita certamen suscepisse videantur.

His omnibus commemorandis demonstrandisque, qualis umbraticorum doctorum disciplina, quales mores sint, me arbitror planum fecisse. Nec quisquam amplius dubitabit, quin humanitatis studia, quae olim concelebrata enituerunt, illorum inprimis culpa partim in contemtum, partim in infamiam adducta, deserantur & obsolescant.

Sed veniam eo, quo & officii sanctitas, & hujus diei sollemnitas, me jam dudum vocant. Vobis igitur, illustres Musarum nostrarum praesides ac custodes, gratias, quantas animus capere maximas potest, ago, agamque, dum vivam, quod Vestra auctoritate eam mihi provinciam decreveritis, in qua, quam assecutus sum humaniorum scientiam literarum, si tamen sum aliquam assecutus, certe in qua tantum studii consumsi, eam florentissimae, quae hic ingenii cultum capit, juventuti explicare possim. Equidem etsi sentio, me sapientia Vestra fretum plus oneris, quam ferre possim, sustulisse, tamen Vobis recipio spondeoque, me, quod ingenio & doctrinae deest, labore & animi contentione ita pensaturum, nunquam ut Vos Vestri de me judicii poeniteat.

Vos autem, Clarissimi omnium disciplinarum Professores, viri omni laude cumulati, non multis verbis rogandi estis, ut me, quem dudum ante amicitia vestra non indignum existimastis, libenti animo in amplissimum ordinem Vestrum recipiatis. Morte Vobis ereptus est collega conjunctissimus, Oudendorpius,

quo humanior, candidior, & in omnibus vitae partibus integrior, nec ſperando, nec optando, poterat cogitari. Cujus reliquas virtutes ſi minus Vobis praeſtare poſſum, certe humanitatem & candorem praeſtabo. Cumque me primum natura, tum multo magis ratio ac doctrina ad lenitatem finxerit, vere videor poſſe affirmare, mihi nullam unquam Vobiſcum, niſi in juventute ad ſapientiam virtutemque formanda, & hujus Academiae gloria amplificanda, contentionem futuram.

Tu vero, divine ſenex, Tiberi Hemſterhuſi, quanto animum meum gaudio exultare putas, cum Te, quem antea magiſtrum & alterum parentem ſalutabam, nunc collega collegam ſalutem? Quicquid ego ſum, Tui muneris ſum. Tuere ergo beneficium Tuum, ſisque meus, ut in diſcendo, ſic in aliis docendis, dux & moderator. Equidem ſummum Numen ſupplex veneror, ut ſenectutem Tuam, quae aliorum praeſtat juventute, bonis ſuis cumulet, atque ad ultimos, quos humanae vitae conſtituit, terminos producat.

Denique Vos, cariſſimi Commilitones, compello. Audiviſtis, qualis ſit, quam profiteor, diſciplina, non tetrica, non moroſa, non umbratica, ſed humanitatis, comitatisque magiſtra. Omni igitur cura & cogitatione in rem pulcherrimam incumbite, & ſingulare Veſtrum erga me ſtudium, quod, cum Vobis ad Graecas literas viam praeirem, alacritate, frequentia, adde modeſtia & ſilentio, declaraſtis, mihi perpetuo conſervate.

DIS-

DISSERTATIONES.

DISSERTATIO PRIMA

DE

GALLA PLACIDIA AUGUSTA.

I.

Si, quanta induſtria Olympiodorus Gallae Placidiae nomen ſcriptis commendavit ſuis, tanta & ipſe noſtrorum temporum deſiderio aſſervatus fuiſſet: nos quidem, periculum ſcribendi cum maxime facturi, cujusvis potius Auguſtae, quam hujus memoriam nobis replicandam putaremus. Quae enim, inde decerpta, Photius ad poſteritatem transmiſit, quamquam ſunt ejusmodi, ut pro mancis haberi mutilisque poſſint: tamen ſatis illuſtre inde capimus documentum, nec plenius quidquam Olympiodori libro illam aetatem tuliſſe, nec ipſo homine quemquam hiſtoriae omnis peritiorem. Ac fuit ſane Placidia longe digniſſima, ad quam ornandam ſtudium operamque ſuam conferret. Si enim indolem feminae intuëaris, tantis tamque eximiis ornamentis eluxit,

quanta vel unquam in sexum elegantiorem cecidisse accepimus: Sin vitam denique ipsam, tot quasi procellis fuit saepenumero agitata, ut vel inprimis posteris, si qui futuri sunt, commemoranda videatur. Huic certe Roma, quod referat, habet. Nam nisi illa ferocem Ataulphi contumacemque animum quasi condimento quodam humanitatis mitigasset, iste profecto illam omnium gentium terrarumque arcem, liberalius opinione Alarico tractatam, novo furoris genere quatefecisset. Quam quidem laudem nisi quis tam singularem judicet, nihil ut ea possit fingi divinius, nae iste iniquus esset rerum existimator. Quare nos gratiam non inituros nullam speramus, si, quae veteres scriptores de Galla Placidia jejune, adde & confuse, transdiderunt, ea nos paulo uberius concinniusque exponemus.

II.

Atque ut hinc nostra proficiscatur disputatio, Galla Placidia ab Theodosio M. e Galla, posteriore (a) ejus

(a) Auctor *Chronici Paschalis p.* 243. *ed. Venet. inter Scriptores Rer. Byzant.* Gallam priorem, posteriorem Flaccillam, Theodosii uxorem, turbato ordine, fuisse putat: Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος ἔσχε πρώτην γυναῖκα πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ Γάλλαν, τὴν θυγατέρα Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου, Ἐκ ταύτης ἔσχε θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ Γάλλαν τὴν καὶ Πλακιδίαν. *Theodosius Aug. primam uxorem habuit ante Im-*

ejus uxore, suscepta debet videri. Cujus quidem rei testes haud scio, an quisquam Theophane, Philostorgio, Prospero Aquitano, Marcellino, Idatio, Orosio desideret locupletiores (*b*)? Certe minime omnium

Imperium Gallam, *Valentiniani M. filiam*, *cet.* Sed hunc errorem Carolus du Fresnius, quo Gallia vix tulit in horum temporum caligine sagaciorem, animadversionibus, quas subtexuit, scienter castigavit. Quo minus vero res in ullam amplius disceptationem cadat, Socrates et Marcellinus intercedunt. Prior quidem *Histor. Ecclesiast. lib.* IV. c. 31. haec habet de Theodosii liberis e Placcilla susceptis; Ἀρκάδιον γὰρ καὶ Ὀνώριον ἐκ Πλακίλλης ἔσχεν τῆς προτέρας γυναικός. *Arcadium siquidem et Honorium Flaccilla priore conjuge procreaverat.* Posterior vero ad A. C. 386. *Galla*, inquit, *Theodosii regis altera uxor his Coss. Constantinopolim venit.* His addatur Zonaras Annal. Tom. II, p. 35. ed. Paris. et p. 27. ed. Venet.

(*b*) Theophanes *in Chronographia* p. 38. ed. Venet. Οὐαλεντινιανὸς ἔσχε θυγατέρας τρεῖς, Ἰοῦσταν, Γράταν, Γάλλαν, ἣν καὶ ἔγημεν ὁ μέγας Θεοδόσιος κατὰ δεύτερον γάμον, ἐξ ἧς ἐτέχθη αὐτῷ ἡ Πλακιδία. *Valentinianus habuit tres filias, Justam, Gratam, Gallam, quam Theodosius M. post secundas nuptias in matrimonium duxit, ex qua ei nata est* Placidia. Philostorgius *Histor. Ecclesiast. Lib.* X. *p.* 535. *ed. Cantabrig. Guilielmi Reading.* Ἐκ Γάλλας τῷ Θεοδοσίῳ καὶ ἡ θυγάτηρ Πλακιδία τίκτεται. *Theodosio e Galla, filia* Placidia *nascitur.* Paullus Orosius *Lib.* VII. c. 40. Chronologi vero, quos laudavimus, omnes, Scaligeri Thesauro temporum continentur. Hujus igitur rei cum tam frequens sit apud scriptores memoria, mirum pro-

omnium Cedrenus (*c*) qui nescio quae de filia Gratiani somniat, nos ire in alia omnia jubebit. Excutientibus vero nobis pleraque ejus aetatis monumenta, ne annus quidem, nedum mensis diesve, quo lucem illa aspexerit, deprehensus fuit. Itaque res ad conjecturam redit. Quae si cui parum arriserit, suo quemque sensu abundare patiemur. Ac nobis quidem non inepte videmur Placidiae incunabulis A. C. 388 vel 389 assignare. Cum enim Flaccilla, prior Theodosii uxor, jam A. C. 385 vita decesserit, teste Chronici Paschalis Auctore (*d*); Theodosius vero

A.

profecto tibi videatur, Marschalcum Thurium in summo versari errore potuisse. Namque in *Annalibus Herulorum Lib.* III. *c.* 26. Placidiam e Vandalorum sanguine putat esse oriundam.

(*c*) Cedrenus *Hist. Compend. p.* 327. *ed. Paris. et p.* 258. *ed. Venet. inter Scriptores Rer. Byzant.* de diviso imperio inter Arcadium Honoriumque differens, sequentia refert: Ἀρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἑώας, Ὀνώριον δὲ τῶν Ἑσπερίων σὺν Πλακιδίᾳ καταλείψας. Καὶ ὁ μὲν Ὀνώριος ἔσχε τὰ βασίλεια εἰς Ῥάβενναν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ, *Arcadium Seniorem Orienti, Honorium vero Occidenti cum Placidia relinquens. Et Honorius Ravennae regiam sibi constituit*, Placidia *vera* Gratiani *filia Romae.*

(*d*) *P.* 305. *edit. Paris. et p.* 243. *edit. Venet.* Videatur praeterea Antonius Pagius in Critica ad Baronii Annales ad A. C. 385. n. 5. Carol. du Fresne *in Famil. Byzantin. p.* 69. 70. *ed. Paris. et p.* 58. *ed. Venet.*

omnium Cedrenus (*c*) qui nescio quae de filia Gratiani somniat, nos ire in alia omnia jubebit. Excutientibus vero nobis pleraque ejus aetatis monumenta, ne annus quidem, nedum mensis diesve, quo lucem illa aspexerit, deprehensus fuit. Itaque res ad conjecturam redit. Quae si cui parum arriserit, suo quemque sensu abundare patiemur. Ac nobis quidem non inepte videmur Placidiae incunabulis A. C. 388 vel 389 assignare. Cum enim Flaccilla, prior Theodosii uxor, jam A. C. 385 vita decesserit, teste Chronici Paschalis Auctore (*d*); Theodosius vero

A.

profecto tibi videatur, Marschalcum Thurium in summo versari errore potuisse. Namque in *Annalibus Herulorum Lib.* III. *c.* 26. Placidiam e Vandalorum sanguine putat esse oriundam.

(*c*) Cedrenus *Hist. Compend. p.* 327. *ed. Paris. et p.* 258. *ed. Venet. inter Scriptores Rer. Byzant.* de diviso imperio inter Arcadium Honoriumque disserens, sequentia refert: Αρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἑῴας, Ονώριον δὲ τῶν Εσπερίων σὺν Πλακιδία καταλείψας. Καὶ ὁ μὲν Ονώριος ἔσχε τὰ βασίλεια εἰς Ράβενναν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ ἐν τῇ Ρώμῃ, *Arcadium Seniorem Orienti, Honorium vero Occidenti cum Placidia relinquens. Et Honorius Ravennae regiam sibi constituit*, Placidia *vero* Gratiani *filia Romae.*

(*d*) *P.* 305. *edit. Paris. et p.* 243. *edit. Venet.* Videatur praeterea Antonius Pagius in Critica ad Baronii Annales ad A. C. 385. n. 5. Carol. du Fresne *in Famil. Byzantin. p.* 69. 70. *ed. Paris. et p.* 58. *ed. Venet.*

A. C. 387 Thessalonicae Gallam (*e*), Iustinae filiam, vitae sibi thalamique sociam adjunxerit: non est, quod ortum Placidiae in hos incidisse annos, dubitemus, praesertim cum scitissimae virginis amplexus recentem Theodosio vigorem inspirasse censendus sit (*f*). Est denique verosimile Placidiam non Constantinopoli, sed Romae Mediolanive editam in lucem fuisse, si qua fides est (*g*) Chronici Paschalis Auctori tribuenda.

III.

(*e*) Theodosius A. C. 387. Thessalonicam iter instituit, idque ad Valentinianum, qui huc Maximi tyranni truculentia fuerat compulsus. Eodem anno cum Galla nuptias celebravit, uti ex Zosimi *L.* IV. *c.* 44. *probat* Caesar Baronius *in Annal. ad h. a. et* Ant. Pagius *in Critica ad A. C.* 385. *n.* 6.

(*f*) Zosimus l. c. ὡς δὲ πλέον ἐπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ἰουστῖναν μετελθὼν ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον κ. τ. λ. *Cum autem puellae desiderio magis indies ureretur, conventa Iustina, filiam ejus in matrimonium sibi dari petiit. cet.*

(*g*) Theodosius A. C. 388. quam maximis poterat itineribus, in Italiam contendit, Maximum tyrannum, qui et hoc ipso anno capite plectebatur, bello persecuturus. Cum igitur se ipse exercitui per Pannoniam Noricumque eunti ducem praeberet, Valentinianum Iustinamque et Gallam uxorem, navibus Romam transportari jussit. Zosimus *Lib.* IV. *c.* 45. Ἰουστῖναν μὲν οὖν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ θυγατρὶ ναῦσιν ἐμβαλὼν, καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμπουσι παραδοὺς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψεν. *Iustinam quidem cum filio et*

III.

De Patre Placidiae, Theodosio M. eo minus, aliquid dicere, consentaneum videtur, quo illustrior est

et filia navibus impositam: et tuto deducturis traditam, Romam ablegat. Theodosius vero A. C. 389. in Italia consedit, actoque Romae triumpho, in civitate Occidentis principe, per tres menses sibi commorandum putavit, uti liquet ex Legibus Codic. Theodosiani ibidem promulgatis. *Chronicon Histor. Codic. Theodosiani*, et Anton. Pagius *in Critica ad h. a.* Roma relicta, Mediolanum adiit, ibidemque sequentibus annis 390 et 391 res Italiae ordinavit. Sed neque hic sibi diutius permanendum ratus, Concordiam Vincentiam transiit, ex Italiaque, ubi tantum non per triennium constiterat, Constantinopolim pervenit; Socrates *Lib.* V. *c.* 18. et Marcellinus *in Chronico. Chronicon Cod. Theodos.* et Ant. Pagius *in Critica ad h. a.* Ergo hoc tempore, quo Theodosius in Italia versabatur, lucem Placidia videtur aspexisse, praesertim cum Auctor *Chronici Paschalis* disertis verbis referat, Placidiam cum patre Theodosio esse Constantinopolim profectam; p. 304. ed. Paris. et p. 243. ed. Venet. Ἐκ ταύτης Γάλλας ἴσχει θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ Γάλλαν, τὴν καὶ Πλακιδίαν. Εἰσελθοῦσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Θεοδοσίου, κτίζει τὸν οἶκον τὸν Πλακιδίας. *Ex hac Galla filiam suscepit matri cognominem Gallam, quae Placidia appellata est. Illa vero Constantinopolim cum patre profecta, domum Placidia dictam condidit.* Ex quibus intelligi potest, quam alienus a vero fuerit Marcellinus, *qui in Chronico suo A. C.* 386. Gallam, *Theodosii alteram uxorem,* his

est pervagatiorque nominis fama, quam sibi peperit tot tamque ferocibus populis debellandis. De Galla vero, matre, quod rarius ejus memoriam recoluerunt eruditi, strictim nobis erit cursimque agendum. Atque illa quidem patre usa est Valentiniano Magno, matre Iustina, altera (*h*) Valentiniani uxore. Sed Iustina omnium fere vapulat sermone. Nam quicquid dixerat Arius, concluseratque contortius, tam pugna-

his Coss. Constantinopolim venisse scribit. Eo enim anno Galla nondum in Theodosii manus convenerat, sed Italiae finibus adhuc continebatur. Consule *Chronicon Cod. Theodos.*

(*h*) Socrates *Histor. Ecclesiast. Lib.* IV. *c.* 31. Ὁ δὲ Οὐαλεντινιανὸς ἄγεται τὴν Ἰουστῖναν, ἀφ' ἧς αὐτῷ γίνεται Οὐαλεντινιανός τε ὁ νέος, καὶ θυγατέρες τρεῖς, Ἰοῦστα, Γράτα, Γάλλα· ὧν αἱ μὲν δύο παρθενεύουσαι διετέλεσαν. Γάλλαν δὲ ὕστερον βασιλεὺς ἔγημε Θεοδόσιος ὁ μέγας, ἀφ' ἧς αὐτῷ Πλακιδία θυγάτηρ ἐγένετο. *Valentinianus vero Iustinam duxit uxorem, ex qua Valentinianum Iuniorem suscepit, tresque praeterea filias, Iustam, Gratam, Gallam. Quarum priores quidem duae in virginitatis proposito perseverarant: Galla vero Imperatrix Theodosio M. postmodum nupta est, ex qua ille Placidiam filiam sustulit.* Idem afferunt Philostorgius *Lib.* X. *p.* 535. *ed. Reading.* Theophanes *in Chronographia p.* 48. *ed. Parif. et p.* 38. *ed. Venet.* Zonaras *Annal. Tomo* II. *p.* 30. *ed Parif. et p.* 23. *ed. Venet.* Paullus Diaconus *Lib.* XII. *p.* 83. Iornandes *de regnorum successione p.* 238. *Tom.* I. *Scriptorum Rer. Italic. Muratorii.*

naciter ſibi tamque praefracte defendendum exiſtimavit, ut cum optimus quisque, tum Ambroſius maxime, plurimum inde ceperit detrimenti (*i*). Jam vero tametſi facile largimur, Gallam perinde ac Valentinianum ejusdem opinionis errorem lacte paene materno ſuxiſſe: tamen nobis, non ex Philoſtorgio, uti du Fresnio placuit (*k*), ſed aliunde hujus rei no-

(*i*) De Iuſtinae in Catholicos odio affatim teſtantur *L. ult. Codic. Theodoſ. de fide Catholica*, qua Arianis peraeque ac Catholicis eccleſias adeundi poteſtas conceditur, idque auctoritate Valentiniani filii Aug. & *L.* 1. *Cod. eodem, de his, qui ſuper religione contendunt*, qua Catholici, ſi quid adverſus Arianos tentaverint, crimen capitale admiſiſſe viderentur. Unus Ambroſius, qua erat animi ſanctitate, nefariis Iuſtinae conatibus, quo modo cunque potuit, obviam ivit. Cui rei ſunt indicio *ejus epiſtolae* XIII. *et* XIV. *ed. Pariſ. an.* 1614. *itemque Oratio ad populum Mediolanenſem de Baſilicis non tradendis*, habita, Tom. V. oper. ed. cit. p. 97. Hinc Iuſtina in eo A. C. 385. et 386. perſequendo non minimam ſe conſecuturam ſperabat commoditatem. Socrates Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib. VI. c. 11. Sozomenus *Lib.* VII. *c.* 13. Theodoretus *Lib.* V. *c.* 13. Rufinus *Lib.* II. *c.* 15. Caeſar Baronius *in Annal. Eccleſiaſt. ad A. C.* 385. *et* 386. Anton. Pagius *in Critica ad Annales Baronii ann. cit.* Iacobus Gothofredus *in Commentario ad laudatam Leg. ult. et in Chronico Hiſt. Cod. Theodoſ. ad A. C.* 386. Henricus Valeſius *in notis ad Sozomenum.*

(*k*) In Famil. Byzantin. p. 57. ed. Venetae.

notitia erit arcessenda. Etenim ille Iacobi Gothofredi, summi hominis, versionem ducem secutus, sensum e Philostorgio elicit, a graeca quidem oratione quam maxime alienum (*l*). Quamquam igitur

(*l*) Si ipse du Fresnius, qui erat mirifica harum literarum intelligentia, animum ad vim potestatemque Pronominis Demonstrativi pariter ac Relativi advertisset, haud dubie sententiam suam a Gothofredi sejungendam putasset. Quo autem haec controversia dirimi facilius queat, age, locum e Philostorgii *Historia Ecclesiastica Lib.* X. *p.* 335. *ed. Reading*, subtexamus: Θεοδόσιος Γάλλαν ἄγεται γυναῖκα, ἀδελφὴν μὲν τοῦ νεωτέρου Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, θυγατέρα δὲ τοῦ μεγάλου, ἥν αὐτῷ Ἰουστίνα ἐγείνατο· Ἄυτη δὲ τὰ Ἀρείου ἔστεργεν· ἐξ αὐτῆς δὲ τῷ Θεοδοσίῳ, καὶ ἡ θυγάτηρ Πλακιδία τίκτεται. Haec Gothofredus ita latine reddidit: *Theodosius Gallam uxorem duxit, sororem quidem Valentiniani Iunioris, Imperatoris, filiam autem Senioris, quam ei Iustina ediderat: Ea vero Ariana erat, et ex ea nata est Theodosio filia Placidia.* Quam quidem versionem quo minus ego veram sinceramque iudicem, tria potissimum intercedunt. Ac primum quidem Pronomen Demonstrativum ἄυτη obstare videtur, quod certe proximum quidque, sc. Iustinam, designat; Deinde Pronomen Relativum αὐτῆς, quod sane ad remotius, sc. Gallam, referri debet. Denique Particula δὲ satis luculento argumento est, alterum orationis membrum ad Iustinam, ad Gallam alterum pertinere. Pulcrius horum verborum vim calluit is, qui nihil ferme ignoravit, Henricus Valesius, apud quem Gothofredum, miror, hunc errorem impune tulisse. Solet enim, quavis data occasione, Go-

 tho-

tur ex hoc Philoſtorgii loco effici nihil conflarique poteſt, quod vel ullo modo ad du Fresnii ſententiam ſtabiliendam pertineret: at videmur tamen nobis aliunde collegiſſe, Gallam de matre ſua exitiales Arii imbibiſſe opiniones. Quod quidem argumentum eo prolixius indicandum arbitramur, quo matis ingenue Iacobus Gothofredus nihil quicquam de Gallae erga Arium ſtudio, a Philoſtorgio ſi diſcederet, ſe reperiiſſe confitetur (*m*). Extat quidam Gregorii (*n*) Baetici, Eliberitani Epiſcopi, de Trini-

thofredum rodere, graecaeque linguae inſcitiam ei exprobrare. Sed haec labes Valeſio cum plerisque ordinis ſui communis eſt, quam jam nihil moramur. Verſio vero, quam dedit emendatiorem, haec eſt: *Theodoſius uxorem duxit Gallam, Sororem quidem Valentiniani Iunioris, filiam vero M. Valentiniani et Iuſtinae Aug. Porro haec Iuſtina Arianam haereſin ſequebatur. Ex Galla Theodoſius filiam ſuſcepit nomine Placidiam.*

(*m*) *In Diſſertatione ad Lib.* X. *c.* 7. quam Philoſtorgio ſuo cum pluribus aliis refertisque varia eruditione adjecit.

(*n*) Gregorii liber Gallae Placidiae nomen prae ſe fert. Verum recte ſcienterque fecit Caeſar Baronius *in Annalibus Eccleſiaſt. ad A. C.* 388. *n.* 100. quod Placidiae nomen, tanquam ab aliquo hiſtoriae ignaro additum, hinc faceſſere juſſit. Sumas enim, Gallam Placidiam jam tum, cum librum ederet Gregorius, lucem aſpexiſſe. At ſedit tamen adhuc in matris gremio, appetiitque mammas. Neque enim opus erat Placidiae ejusmodi doctrina, quippe,

nitate libellus, augusto Gallae nomini inscriptus. Cujus praefatio, quae attente cogitateque legatur, digna mihi vel inprimis visa est. Nam, ei si fidem habeas, Galla & literarum commercia cum familiae Arianae principibus instituit, & quaestiones, quibus Catholica religio labefactari putabatur, accepit, & ad Gregorium, quem diximus, transmisit, quin etiam ab eodem, tanquam Arianae disciplinae infesto, *Librum de Trinitate* flagitavit. Gregorius vero indigne ferens, Augustae animum opinionum perversitate magis ac magis corrumpi, librum, quem poposcerat, ejus nomini inscripsit, in eoque uberius expromsit illa, quibus ista sententia-

pe, quae sub faustis ecclesiae Catholicae penetralibus enutrita, suum in religionem animum clarissimis documentis voluit esse testatiorem. Gallam vero, haeresi Ariana valere jussa, ad Catholicos transiisse, et initum cum Theodosio matrimonium, et commemorabilis Suidae locus voce Ουαλεντινιανὸς haud obscure significare videntur. Namque hic Theodosii verba recitantur, quibus Valentinianum, a matre depravatum, in viam reducere est conatus. Si igitur tantam curam Valentiniani habuit, quantam, ut uxorem ad frugem perduceret, adhibuisse putabis? Sed hic velim consulatur Zonaras *in Annal. Tomo* II. *p.* 34. *ed. Reg. et p.* 27. *edit. Venet.* et *Commentarius ad. L.* 15. *Codic. Theodos. de haereticis.* Enimvero aut plane commutatus animus Gallae est, postquam in manus Principis religiosi convenit, aut forte invita et cum dolore dissimulavit errorem.

tiarum labes penitus deleri posse videbatur (*o*). Cum igitur Gallae haeresis tam claris luceat signis, ni-

(*o*) Marcellinus *in Chronico ad A. C.* 390. Galla, inquit, *Theodosii uxor ab Arcadio privigno suo ejecta est.* Quem si auctorem probamus, statuendum nobis profecto erit, Gallam, prius Theodosio, iter Constantinopolim instituisse, siquidem ipse anno demum 391. (ut patet ex dictis not. d. §. 11.) urbem ingressus est. Verum cum Auctor *Chronici Paschalis*, Placidiam, filiam, cum patre Theodosio Constantinopolim profectam esse diserte testetur, nec credibile sit, matrem filiolam lactentem apud Theodosium, plurimis gravibusque distentum negotiis, in Italia reliquisse: ea, quae Marcellinus narrat, ad annum forte 394. referenda putamus, quo quidem Theodosius adversus Eugenium contendit, Arcadioque Aug. Orientem tradidit administrandum. Neque vero Marcellinus per haec tempora in Chronologia accuratus est, neque ipse Arcadius, praesente gravissimo patre, tantum facinus admisisse existimari debet, praesertim cum ita pater conjugem in oculis ferret, ut signa doloris ex ejus morte percepti et vultu ostenderit et collacrymatione. Huc pertinent illa Zosimi *Lib.* IV. *c.* 57. Ἤδη δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδῖσιν αὐταῖς τελευτῆσαι σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποθεμένην. Ταύτην μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν νόμον ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἤματι δακρύσας, κ. τ. λ. *Cum jam ad profectionem properaret, conjugem ipsius Gallam parturientem mori contigit, infantis onere cum vita deposito. Huic homerico more diurnis Imperator persolutis lacrymis, cet.* Quamvis vero causam simultatum, quae Gallae cum

nihil nos dubitationis habere amplius debemus. Sed ſatis de ſectae ſtudio. Attingamus cetera, quae digna nobis memoratu in ejus vita videbuntur.

IV.

Ac primum quidem, qua ratione ab Theodoſio in matrimonium aſſumpta ſit, brevibus erit explicandum. Flagrabant illa tempora bellorum incendiis, Maximo tyranno A. C. 387 Italiam vi impreſſioneque everſuro, nec mater Gallae, Iuſtina, tanti expers periculi poterat eſſe, propterea, quod huic

cum Arcadio interceſſere, tacuerit ille Marcellinus, rem quaſi aliud agendo exponens; non tamen de nihilo extitiſſe videntur, cum novercae in palatii luce amplius verſari nefas fuerit. Si conjecturae locus eſt, Gallam, crediderim, Theodoſio abſente, quod hucdum diſſimulaverat, Arianismi virus evomuiſſe, ſicque probum Arcadii animum non mediocriter irritaſſe. Confirmant ſane hanc conjecturam, quotquot res a Theodoſio geſtas literis tradidere. Nam priorem Theodoſii conjugem, Flaccillam, dici vix poteſt, quantopere laudibus extollant, cum contra ea de Gallae in religionem ſtudio, velut e compacto, ſileant. Quin Auctor *Chronici Paſchalis p.* 243. *ed. Venet.* & *p.* 305. *ed. Pariſ.* Flaccillam orthodoxam Gallae opponit: *Theodoſius Aug. conjugem habuit Gallam, cet. Habuit & alteram conjugem Flaccillam* orthodoxam, *cet.* Sed ſatis conjecturarum.

huic flammae ſuo in Arium ſtudio materiam ſubminiſtraſſe videbatur (*p*). Cum igitur, quo ſe verteret, plane neſciret, fugam tandem in Illyricum Theſſalonicamque capeſſit, *Valentiniano Aug.* III. & *Eutropio Coſſ. A. C.* 387. datisque Conſtantinopolim literis, ſummis a Theodoſio precibus contendit, ne ſe de regio gradu depulſam deſtitueret, caedemque Gratiani, a quo adeptus fuerat imperium, relinqueret inultam. Atque ut nihil, quod ad Theodoſii animum ſibi conciliandum pertineret, reliqui ſe-

(*p*) Maximus tyrannus literas dedit ad Valentinianum, matris amentia ad turbandam eccleſiam Catholicam concitatum, in quibus illum admonitum voluit, ut vim eccleſiis inferre deſiſteret, Italiamque omnem & venerabilem Romam ſuis eccleſiis, ſuis ſacerdotibus redderet. Has literas Caeſar Baronius *in Annal. ad A. C.* 387. *n.* 33. *ex Tomo I. epiſt. Romanorum Pontificum* foras dedit. Theodoretus *Lib.* V. *c.* 14. Ἐπέστειλε δὲ τῷ Οὐαλεντινιανῷ (ὁ Μάξιμος) τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρεγγυῶν, καὶ παραινῶν μὴ προΐεσθαι τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν· προσέθηκε δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀπειλὴν, εἰ μὴ πείθοιτο. Καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκε· τὴν γὰρ στρατιὰν ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον ὥρμησεν, ἔνθα ἐκεῖνος διῆγεν. *Scripſit igitur literas ad Valentinianum (Maximus,) quibus eum hortabatur, ut pietati bellum inferre deſiſteret, monebatque, ne paternam religionem proderet. Adjecit etiam minas belli, niſi Valentinianus morem gereret: ſtatimque verba factis confirmavit. Collectis enim copiis, Mediolanum verſus contendit, in qua tum (Valentinianus) degebat.*

fecisse videretur, Gallam (*q*) filiam, secum Thessalonicam adduxit, bellam quidem virginem, leporibusque affluentem, quin plenae maturitatis & gestientium ad virum dissuaviandum annorum. Namque Iustina pulcre, si Zosimo credas, intellexit, quantopere Theodosius puellas paulo venustiores adamaret. Dedit igitur ipse Iustinae precibus locum, eodemque anno 387 Constantinopoli relicta, Thessalonicam cursum suum direxit. Hic cum impetum Maximi tyranni reprimere studeret, accidit, ut Iustina una cum Galla eum conveniret. Neque consilium male successit. Nam simul ac Theodosius puellam, ubertim lacrymas profundentem, genibusque advolutam suis, intuebatur, adeo mirifica scitissimae virginis venustate exarsit, ut continuo consilium iniret, latis matri suppetiis, filiam secum matri-

(*q*) Zosimus *Lib.* IV. *c.* 44. Τὴν κόρην ὀδυρομένην ἐδεί-κνυ, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀποκλαίουσαν τύχην. Τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδόσιος, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἁλοὺς, παρέφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς κόρης πληγὴν - - - ὡς δὲ πλέον ἐπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ιουστίναν μετελθὼν, ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον. κ. τ. λ. (*Iustina*) *puellam illacrymantem & fortunam suam deplorantem ei commonstrat. His Theodosius auditis, simulque puellae pulcritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum e puellae forma vulnus satis ille quidem prodebat. - - - Quum autem puellae desiderio magis in dies ureretur, conventa Iustina, filiam ejus in matrimonium sibi dari petit, cet.*

trimonio jungendi. Annus tum erat, ex quo de vita abierat Flaccilla (*r*). Ex hac igitur Galla Theodo-

(*r*) Flaccilla *Arcadio Aug.* I. & *Bautone Coss. A. C.* 385. fato functa est, uti supra me docere memini. Graeci mirum quantum in ejus nomine scribendo discrepant. Modo enim Πλακίλλαν, modo φλακίλλαν dicunt, imo Socrates *Lib.* IV. *c.* 31. Πλακίδην, & Philostorgius *Lib.* X. *c.* 7. Πλακιδίαν appellant. Petrus Lambecius *Tomo* II. *Bibliothecae Caesar. p.* 586. Placillae nomen tuetur. Sed cum in Numis apud Carol. du Fresnium *in Familiis Byzantinis p.* 48. *ed. Venet.* Ael. Flaccilla. Aug. expressum legatur, facile est ad intelligendum, plerosque Graecorum τὸ F. latinum in suum Π. mutasse. Itaque Auctor *Chronici Paschalis* his accuratius φλακίλλαν scripsit, nec errat, dum Palatium ab Augusta Constantinopoli excitatum cum Auctore *descriptionis Urbis Constantinopolitanae*, φλακιλλιανὸν appellat. Sed hic dignus est, qui in consilium adhibeatur, Carol. du Fresnius *in Constantinopol. Christiana Lib.* II. *c.* 25. Fuit Flaccilla Antonii, qui A. C. 382. in Oriente cum Syagrio consul prodiit, filia, uti ex Themistii *oratione*, quae inscribitur titulo *Gratiarum actionis, ob pacem consulatumque Antonii*, probant Henricus Valesius *in notis ad Sozomenum Lib.* VII. *c.* 6. & Anton. Pagius *in Critica in Annales Baronii ad A. C.* 382. quibus addi potest *Prosopographia Codic. Theodosiani*, voce *Antonius*. Theodosio vero quatuor liberi e Flaccilla nati sunt, *Arcadius* & *Honorius*, qui cum patre & post eum regnum tenuere; *Gratianus* item, qui etsi mature decessit, matri tamen superstes fuit; *Pulcheria* denique, quam ante matrem mors occupavit, uti

dosius, uti jam supra diximus, Gallam Placidiam creavit. Utrum vero simultates, quas cum Arcadio gessit, mortem ejus admaturaverint, nec ne? nobis quidem haud liquere, apertius fatemur. Illud certe constat, eam *Arcadio* III. & *Honorio* II. *Coss.* A. C. 394 inter puerperii dolores animam efflasse (*s*). Sed ad Placidiam nostram, unde oratio aberravit, revertamur.

V.

uti patet ex *Orationibus* Gregorii Nysseni *in funere Flaccillae*, & Ambrosii *in funere Theodosii M.* habitis. Anton Pagius *in Critica ad A. C.* 385. Quare nollem, Italorum facile eruditissimus, Henricus Norisius *in Addendis ad Historiam Pelagianam p.* 2. Arcadium & Honorium e Galla procreatos dixisset.

(*s*) Baronius *in Annal. Ecclesiast. A. C.* 390. n. 75. Gallam, refert A. C. 390. diem obiisse supremum, atque adeo ab Arcadio sepultam fuisse, nec dubitat Marcellinum huic sententiae patronum dare. Verum in hoc annalium conditore ne vestigium quidem hujus rei apparet. Id certe in dubium vocari nequit, Gallam adhuc A. C. 392. quo Valentinianus Aug. Arbogastis factione periit, vixisse, Zosimus *enim Lib.* IV. *c.* 55. postquam de Valentiniani morte exposuit, in hunc modum pergit; Τούτων τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συναγγελθέντων, συνετάραξεν ἡ τούτου Γαμετὴ Γάλλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀδελφὸν ὀλοφυρομένη. *His Theodosio Principi renuntiatis conjux ejus Galla, fratrem deplorans, aulam universam conturbat.* Ac reddidit demum A. C. 394. debitum naturae, quo Theodosius cum exercitu adversus Eugenium tyrannum tendebat, teste eodem

V.

Theodosio *Olybrio & Probino VV. CC. A. C.* 395. mortuo, divisoque inter Arcadium & Honorium imperio, Galla Placidia cum Honorio in Italiam venit (*t*), Mediolanique ad annum usque 402. *Arcadio & Honorio* V. *Coss.* permansit, quo frater Ravennae sedem constituit, uti *legibus Codicis Theo-*

Zosimo, *loco jam supra laudato*, *Lib.* IV. c. 57. Ἤδη δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδῖσιν αὐταῖς τελευτῆσαι, σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποθεμένην. *Cum jam ad profectionem properaret, contigit Gallam uxorem ejus parturientem mori, infantis onere cum vita deposito.*

(*t*) Cedrenus *Annal. p.* 327. *Ed. Parif.* & *p.* 258. *Ed. Venet.* Καταλείψας τοὺς δύο υἱοὺς ἑαυτοῦ, Ἀρκάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἑῴας, Ὀνώριον δὲ τῶν Ἑσπερίων σὺν Πλακιδίᾳ. *Duobus filiis relictis, quorum majorem Arcadium Orienti praefecit, Honorium cum Placidia Occidenti.* Jam supra causam attigimus, quae quidem impedimento videtur fuisse, quominus Placidia Constantinopoli apud Arcadium relinqueretur. Ille enim novercam Gallam, e Palatio ejecerat, cumque matre procul dubio filiam. Hinc cum Theodosius iniqua valetudine conflictatus, in Italia de dividendo imperio cogitaret, Placidiam cum Honorio ad se evocavit, voluitque eam, tum octo fere natam annos, apud Honorium educari.

Theodosiani (*u*) comprobatur. Placidia vero, Cedreno (*x*) teste, Romae sibi lares figendos existimavit. Iam quidem vita Gallae Placidiae per omnes fastos nobis esset persequenda. At enim vero sive tenella aetate, in qua nihil magnopere egit memoria digni, sive monumentorum naufragio, quod vix tabulae quaedam evasere, accidit, ut inde a primis ejus incunabulis usque ad A. C. 400 *Stilichone & Aureliano Coss.* dicere vix quicquam habeamus. Hoc enim anno Eucherius, filius Stilichonis, cum sibi nubilis esset visa, nuptias ejus ambivit. Neque ille, quem Stilicho laudum suarum praeconem invenit, Claudianus, hoc nosmet ignorare voluit. Namque *Libro* II. *de Laudibus Stilichonis v.* 354—362 pleniore canit ore;

- - - Venus hic invecta columbis,
Tertia regali iungit connubia nexu,
Pennatique nurum circumstipantur amores
Progenitam Augustis, Augustorumque sororem.

Eu-

(*u*) Consule *Chronologiam Cod. Theodos. ab an.* 395. *ad an.* 402. Claudianium *in* VI. *Honorii Cos.* Ant. Pagium *in Critica ad A.* C. 402. *n.* 29.

(*x*) Cedrenus *p. cit.* Καὶ ὁ μὲν Ονώριος ἔσχε τὰ βασίλεια εἰς Ραβένναν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ (Lege Θεοδοσίου, ut supra emendavimus) ἐν τῇ Ρώμῃ. *Ac Honorius quidem Ravennae regiam suam constituit, Placidia autem Gratiani (Theodosii) filia Romae.*

Eucherius *timido jam flamea sublevat ore*
Virginis: arridet laeto Thermantia fratri.
Nam domus haec utraque petit diademata sexu,
Reginasque parit, Reginarumque maritos.

Hos enim versus ad Placidiam pertinere, (y) pa-

(y) Eosdem versus laudavit, praecipuum illud Lipsiae finae ornamentum, Ioann. Iac. Mascovius in limato politoque opere *de Rebus Gestis Germanorum Part.* I. *p.* 352, Stilichonem vero A. C. 400, quo primum Consul prodiit, Eucherio nuptias conciliare voluisse, cogitur ex *eodem Claudiano ibid. v.* 244.

Cur nondum legitur fastis? Cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat.

quae quidem verba satis aperte primum Consulatum designant. *V.* 190. Poeta Stilichonem ob debellatum Gildonem laudibus ornat:

- - Paeni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera possideant.

Et *v.* 258. Roma, quam loquentem finxit, se jam superiore anno 399. Stilichonis Consulatum sperasse dicit:

Sperabam nullas trabeis, Gildone perempto,
Nasci posse moras.

Gil-

patet cuivis paulo acutiori. Ac vidit hoc, qui vidit plurimum, Caspar Barthius, cujus in Claudianum annotationibus nihil nobis debet esse commendatius. Sed tantas has tamque molles cogitationes, quibus Eucherius spes alebat suas, tempestas de improviso exorta vehementer conturbavit. Cum enim Stilicho se familiamque suam dolo malo efferre altius auderet, mirandum in modum se suaque omnia perditum ivit. Igitur & ipse Eucherius, qui se in futuro Placidiae matrimonio magnifice circumspiciebat, tantum a nuptiis, quas appetierat, abfuit, ut potius Romae, paullo post Patris caedem, *Basso & Philippo Coss. A. C.* 408. ob-

Gildo enim A. C. 398. interiit. Confer *Chronicon Codic. Theodos.* ad h. a. & *Commentarium ad L.* 7. *de metatis.* Item Poeta nuptiarum mentionem injecit earum, quas Honorius cum Maria, Stiliconis filia, celebravit, quaeque in A. C. 398. incidunt, probante Caesare Baronio *in Annal. ad h. a. n.* 37. Ita enim *v.* 74. laudat Stilichonem,

Hinc fuit, ut primos in conjuge disceret ignes
Ordirique virum non luxuriante juventa,
Sed cum lege tori, casto cum foedere vellet.

V. 342. Mariae puerperium optat:

Et sacri Mariae partus Lucina dolores
Solatur. Residet fulgente puerpera lecto.

obierit mortem, tam suo, quam patris, nefario conatu dignam (z). Atque hoc quidem tempore, quantum Placidia auctoritatis esset, illustri cognitum est argumento. Nam cum Alaricus, Rex Gothorum, Serenae, Stilichonis conjugis accitu, Romam pervenisse crederetur, nec barbari hominis conatus facilius reprimi videretur posse, quam illa e medio sublata, a qua urbem sibi proditum iri sperabat: Senatus, Placidia in consilium adhibita, nihil prius faciundum putavit, quam ut Serenae gula laqueo frangeretur (a).

VI.

(z) *L.* 22. *Cod.Theodos. de bon. proscriptor.* Zosimus *Lib.* V. *c.* 35. 57. Olympiodorus *Eclog. Histor. p.* 145. *Tom.* I. *Scriptor. Rer. Byzant. ed. Venet.* Rutilius Numatianus *Itinerar. Lib.* II. *v.* 41. *seqq.* Sozomenus *Libr.* IX. *c.* 4. Orosius *Lib.* VII. *c.* 35. 38. Philostorgius *Lib.* XII. *p.* 544. *ed. Reading.* Paullus Diaconus *Lib.* XIII. *p.* 91. 92. *Tom.* I. *Scriptor Rer. Italic. Muratorii.* Iornandes *de Regnorum Successione p.* 238. *ibidem:* & Scriptores medii aevi Hermannus Contractus *in Chronico p.* 154. Sigebertus Gemblacensis *in Chronographia p.* 704. Huldericus Mutius *in Chronico Lib.* IV. *p.* 640. *inter Pistorii Nidani Scriptor. Rer. Germanic.* Adde & recentiores Caesar. Baronium *in Annal. Ecclesiast. A. C.* 408 & 409. Anton. Pagium *in Critic. ad A. C.* 408. *n.* 6. & *ad an.* 409. *n.* 2. Iacob. Gothofredum *in Chronico Cod. Theodos. an. cit. & Commentar. ad L.* 22. *bon. proscriptor.* & *L.* 1. *de lit. & itiner. custod.*

VI.

Sed hae res, quae non nimis ſtreruo languorem attuliſſent, Alaricum mirifice acuerunt. Itaque tam acri Romam obſidione preſſit, ut, quae antea tanquam victrix terrarum viguerat, jam huic barbaro tyranno *Honorio* VIII. *&* *Theodoſio* III. *Coſſ.* *A. C.* 409. ſuccumbere ſit coacta. In qua quidem oppugnatione cum plurima ſint commemoranda, tum illud non poſtremum, quod Alaricus Gallam Pla-

(*a*) Zoſimus *Libr.* V. *c.* 38. Ἐδόκει τῇ γερουσίᾳ πάσῃ καὶ Πλακιδίᾳ, τῇ ὁμομητρίᾳ (lege ὁμοπατρίᾳ, uti ſupra docuimus) τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ, Σερήναν ἀναιρεθῆναι, τῶν περιεστώτων κακῶν οὖσαν αἰτίαν. *Cenſuit Senatus univerſus & Placidia, Principis germana Soror, Serenam eſſe necandam, quae praeſentium malorum auctor exiſteret.* Eadem plane refert Olympiodorus *p.* 146. Conſuli praeterea merentur Carolus Sigonius *de Occidentali Imperio Lib.* X. *p.* 175. Tillemont *Hiſtoire des Empereurs pag.* 1218. *Tom.* V. & Ill. Maſcovius *in Rebus geſtis Germanorum Part.* I. *p.* 355. Erat Serena Theodoſii M. neptis ex fratre Honorio & in tantam ſe patrui benevolentiam blanditiis immerſerat, ut in filiam ab eo adoptata, Stilichoni, Vandalo, in matrimonium daretur, eo certe conſilio, ut homo ille, toga ſagoque clariſſimus, in cura Arcadii Honoriique aliquando ſuſcipienda, uti propinquum decebat, integre incorrupteque verſaretur. Videatur ſaepius laudatus Olympiodorus & Zoſimus *l. c.* ſed, age, iis

Placidiam (*b*) obſidis loco ſecum reducendam putavit. Sumpſerat ille quidem magnos ſibi ſpiritus,

his, quae diximus, tabula genealogica lucem affundamus:

Theodoſius, Comes.
ſub Valentiniano M. de quo
Ammianus Marcellinus Lib.
XXVII. XXVIII. XXIX.

- Theodoſius, Aug.
  - Arcadius Honorius e *Flaccilla*
  - Galla Placidia e *Galla*.
- Honorius
  - Thermantia nupſit Duci, nobis quidem ignoto. Claudianus de Laudibus Serenae v. 184.
  - & Serena, Uxor Stilichonis
    - Eucherius filius cum patre trucidatur. Maria & Thermantia, quae Honorio Aug.

nupſere. Maria mature, ſed anno incerto obiit. Thermantia poſt patris internecionem Auguſtali depulſa ſolio, matrique remiſſa eſt. Zoſimus L. V. c. 35. A. C. demum 315. eſſe deſiit, teſte Chronic. Paſchalis Auctore. Confer Ant. Pagium ad h. a. & du Freſnium *in Famil. Byzant. p.* 60. 61. *ed. Venet.* Serena etſi nihil monſtri Zoſimo *Lib.* V. *c.* 38. aluiſſe videtur, tamen poenas luiſſe meritiſſimas cenſet, propterea, quod Romam cum Theodoſio ingreſſa, gentium profanarum religionem jocum feciſſet riſumque, nec dubitaſſet, mundum Deae Rheae collo abreptum, ſuo circumjicere. Adjun-

tus, magnam arrogantiam, eratque omnino talis, qualem tam effrenatarum gentium ducem esse oporte-

jungit iste Deorum cultor; ὑπέσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον, ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. *Laqueo cervices illas praebuit elidendas, quibus Divae mundum injecerat.*

(*b*) Zosimus *Lib.* VI. *c.* 12. Καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ, Πλακιδία παρ' αὐτῷ, ὁμήρου μὲν τρόπον τινὰ τάξιν ἐπέχουσα, πάσης δὲ ἀπολαύουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θεραπείας. *Placidia quoque, Soror Imperatoris, cum Alarico erat, vicem illa quidem obsidis modo quodam implens, ita tamen, ut omni honore cultuque regio frueretur.* Olympiodorus *p.* 145. Paullus Orosius *Lib.* VII. *c.* 40. Socrates *Lib.* VII. *c.* 10. Sozomenus *Lib.* IX. *c.* 6. Procopius *de Bello Vandalico Lib.* I. *c.* 2. Iornandes *de Regnorum Succession.* *p.* 238. *Tom.* I. *S. R. I.* Prosper Aquitanus, Idatius & Marcellinus *in Chronicis.* Paullus Diaconus *Lib.* XIII. *p.* 91. 92. Et Scriptores recentiores; Marianus Scotus *in Chronico apud Pistorium Nidanum Tom.* I. *p.* 604. Gottfridus Viterbiensis *in Chronico apud eundem Pistorium Tom.* II. *p.* 277. Hulderieus Mutius *in Chronico Germanico ibidem p.* 641. Caesar Baronius *in Annal. ad A. C.* 410. quem urbis direptionem ad A. C. 410. referentem meliora edocuit Anton. Pagius *in Critica ad an. eund.* Adde *Chronicon Hist. Codic. Theodos.* Ceterum, quibus Roma artibus a Wisigothis capta sit, quasve conditiones Honorius accipere coactus, latius referre, nihil ad hunc locum, &, si ad hunc locum, nihil ad institutum nostrum.

tebat: at in Placidiae decore conservando tam caste est, tamque integre versatus, ut, vel moratarum reges nationum, exemplum inde capere posse viderentur. Theophanes quidem, Placidiam tum impuberem adhuc fuisse, dicit (c). Sed nos profecto non sumus ii, quibus haec persuadere posset. Ac primum quidem temporum rationibus sententiae distrahuntur. Nam Placidia, calculum si accuratius subducas, annos jam tum compleverat viginti, idoneaque multo ante A. C. 400 fuerat Eucherio visa, quam in matrimonium peteret ambitiose. Denique vel hoc omnes Theophanis narrationi nervos elidit, quod Senatus Romanus in occidenda Serena nihil ante admisit, quam cuncta Placidia rata habuisset; nisi quis amplissimum ordinem tam parum sibi arbitretur constitisse, ut ab impubere adeo puel-

(c) Theophanes *in Chronographia p. 65. ed. Paris. & p. 52. ed. Venet.* ὁ Ἀλάριχος πάντα τὰ χρήματα τοῦ παλατίου λαβὼν, καὶ τὴν Ἀδελφὴν Ὁνωρίου ἀπὸ πατρὸς Πλακιδίαν μικρὰν οὖσαν παρθένον, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔθνος ἀπῆλθεν εἰς τὰς Γαλλίας. *Alaricus direpta tota Palatii suppellectile & Placidia Honorii ex patre sorore, virgine impubere, ad proprios Lares & gentem in Gallias recessit.* Sed quanto errore Theophanes in personis, locisque & temporibus definiendis non raro ducatur, demonstrarunt in animadversionibus suis reconditae viri doctrinae, Iacobus Goar & Franciscus Combefisius. Eodem, quo Theophanes, errore et Ioannes Malala lapsus est *Chronograph. Part. II. p. 18. ed. Venet.*

puella, nec dum judicii intelligentis, consilium petendum fuisset.

VII.

Alaricus igitur, Roma relicta, per Campaniam Bruttiosque transiit, utque Ataulphus, affinis suus, animum ad Placidiam ducendam appelleret, sua auctoritate perfecit. (*d*) Dum vero hic, quid ageret, deliberaret, *Varane Cos. A. C.* 410. (*e*) morte immatura omnia sunt disturbata. Gothi vero,

(*d*) Marcellinus *in Chronico: Alaricus Placidiam Ataulpho propinquo suo tradidit uxorem.* Paul. Orosius *Lib.* VII. *c.* 40. Iornandes *de Rebus Geticis c.* XXXI. &, qui hunc totidem fere verbis exscripsit, Paullus Diaconus *Lib.* XIII. *p.* 92. *Tom.* I. *Scriptor. Rer. Italici Muratorii* ipsum Ataulphum Placidiam Romae cepisse tradunt. Cum vero satis inter omnes constet, Ataulphum demum, post Romam oppugnatam, suas copias cum Alarici conjunxisse, nihil his Triumviris potest esse inscitius. Interim Iornandes *alio Libro de Regnorum Successi p.* 238. adeo non sibi constat, ut tradat consentientia cum narratione Marcellini.

(*e*) Sunt, qui Alarici mortem perperam cum Baronio *in Annal. ad A. C.* 411. referunt. Sed Isidorus *in Chronico* prodit, *Alaricum vicesimo octavo anno regni* & anno Imperii Honorii Sexto decimo mortuum esse, quod sane tempus incidit in A. C. 410. Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 411. *n.* 2.

ro, comitiis sufficiendo regi habitis, cui Alarici partes deferrent, digniorem Ataulpho invenerunt (*f*) neminem. Qui quidem, uti Placidia maxime & formae & ingenii cultu commendabatur, ita cupidissime sibi illam despondebat. Hoc loco non alienum videtur, quanta vis providentiae divinae sit, docere. Nam nisi Placidiae blandimenta ad Ataulphi ingenium preces efficacissimae fuissent, ille Romam, mitius habitam ab Alarico, incredibili quadam delendae urbis libidine incensus, funditus eversum ivisset. Jam profecto in eo erat, ut e Calabria Romam versus contenderet, eamque oppugnatam non, ut Alaricus, rursus relinqueret, sed captam perpetuo occuparet (*g*). At Placidia, ne

(*f*) Sozomenus *Lib.* IX. *c.* 8. Philostorgius *Lib.* XII. *n.* 4. *p.* 545. *ed. Reading.* Olympiodorus *p.* 146. *ed. Venet.*

(*g*) Orosius *Lib.* VII. *c.* 43. *Ataulphus, cum esset animo, viribus, ingenioque nimius, referre solitus est, se inprimis ardenter inhiasse, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum imperium & faceret & vocaret; essetque Gothia, quod Romania fuisset, fieretque nunc Ataulphus, quod quondam Caesar Augustus. - - - Iam abstinere a bello & inhiare paci nitebatur, praecipue* Placidiae, *uxoris suae, feminae sane ingenio acerrimae, & religionis satis probatae, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu & consilio temperatus.* Paullus Diaconus *Lib.* XIII. *pag.* 92. *Placi-*

ne quidquam horum perficeretur, unice obſtitit. Nam et acriori, quod nactus erat ingenio hominis animum alio flectebat, & ſeveros de illa re ſermones tanta ſuavitate condiebat, ut, quamlibet hucdum ferocitate exultans, ab inſita ſibi pertinacia deſiſteret, Romanorumque amicitiam ſibi cuperet conciliatam. Hic ſi quis tantum Placidiam praeclare de Italia meritam dicat, minore, quam debebat, eam laude extollit, cum illa potius fuerit immanitatis expultrix, inventrixque legum, pacis item quierisque effectrix, magiſtra denique vitae, tum Ataulphi ipſius, tum omnium Gothorum.

VIII.

Sed quominus Ataulphi Honoriique res ex Placidiae ſententia ad otium deducerentur, unus omnium Conſtantius, de quo deinceps plura dicemus, maxime impedivit. Qui cum ipſe Placidiae amore deperiret, eamque ſibi deſponderi optaret, nullo pacto fe-

cidia multo Reipubl. commodo fuit, Nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio ſubtilibusque blandimentis inflexit, ut ultro a Romanis pacem peteret. In eo tamen errat Paullus Diaconus una cum Iornande *de Rebus Get.* *c.* XXXI. quod *Ataulphum Romam revertiſſe, locuſtarumque more cuncta eraſiſſe*, exiſtimat. Sed hic tu adeas velim Tillemontium *Tom.* V. *p.* 1273. & Illuſtr. Maſcovium *in Hiſt. Germ. Tom.* I. *Lib.* VIII. §. 29. *not.* 6.

ferendum putavit, ut femina tot ac tantis decoribus tam clare exſplendeſcens, tyranno, eique barbaro, relinqueretur (*h*). At Ataulphus tum demum ſe Placidiam redditurum dixit (*i*), cum tantum ſibi annonae ſuppeditaretur, quantum ad exercitum ſuum alendum ſuſtentandumque videretur eſſe ſatis. Verum haec alio ſpectabant, atque videri volebant. Nam cum ipſe minime omnium ignoraret, quam esſet Italia diuturnitate belli exhauſta, quamque ne Honorius quidem, unde viveret, haberet: idoneam ſibi occaſionem nanciſci viſus eſt, Placidiam jure vindicandi. Sic cum tranſigerent partes, biennium interfluxit. At vero cum neque Honorius, quae promiſerat, alimenta praeberet, neque Campania, Tu-

(*h*) Olympiodorus *p.* 148. Ἀδάουλφος δὲ Πλακιδίαν ἀπῃτεῖτο κατὰ σπουδὴν μάλιστα Κωνσταντίου, ὃς ὕστερον αὐτῇ καὶ εἰς γάμους ἔζευξεν. *Poſtulatum eſt ab Ataulpho, ſtudio maxime Conſtantii, ejus qui illam poſtea uxorem duxit, ut Placidiam redderet.*

(*i*) Olympiodorus *l. c.* Ἀδάουλφος ἀπαιτούμενος Πλακιδίαν, ἀνταπῄτει τὸν ὁρισθέντα σῖτον· ἀπόρων δ' ὄντων τῶν ὑποσχομένων εἰς τὸ δοῦναι, οὐδὲν δὲ ἧττον ὁμολογούντων, εἰ λάβοιεν, Πλακιδίαν παρασχεῖν. Καὶ ὁ βάρβαρος τὰ ὅμοια ὑπεκρίνετο. *Ataulphus, cum Placidia repeteretur, frumentum viciſſim ipſe promiſſum petiit. Cujus conferendi, etſi qui promiſerant, copiam nullam haberent, nihilo tamen ſecius conſentiunt, ſi Placidiam reciperent, acceptarum. Ad quae ſimili fere et ipſe Barbarus ſimulatione utebatur.*

Tuſcia, Picenum, Samnium, Apulia & Calabria (*k*) quidquam frumenti amplius ſuppeditaret, Ataulphus, pace quamvis nondum ſtabilita, Galliam ſibi A. C. 412 adeundam exiſtimavit (*l*). Huc ut pervenit, ſumma ope niſus eſt, ut Honorium ad aequas adigeret pacis conditiones. Quas quo facilius obtineret, cum Iovino, qui Moguntiae tyranni perſonam ſibi auctoritatemque ſumſerat, vires ſuas conjunxit. Sed cum iſte haud ſatisfaceret exſpectationi de ſe concitatae, neque omnibus modis Ataulphi rebus conſultum iret: factum eſt ſingulari Dardani (*m*), Praefecti Praetorio Galliarum, prudentia, ut Gothi a ſocietate Iovini divelle-

(*k*) Conſule *L. 7. Codic. Theodoſian. de indulgent. debitor. ibique* Iac. Gothofredum.

(*l*) Prosper Aquitanus *in Chronico h. a. Gothii rege Ataulpho Gallias ingreſſi.* Caſſiodor. *in Chronico h. a. His Coſſ. Gothi Rege Ataulpho Gallias intraverunt.* Hoc igitur anno primum Wiſigothi regnum in Gallia ſuum conſtituiſſe dicendi ſunt. Anton. Pagius *in Critica h. a. n.* 20.

(*m*) Olympiodorus *p.* 147. *ed. Venet.* Ἀδάουλφος παραγίνεται ἅμα τῷ πλήθει πρὸς Ἰοβῖνον. *Ataulphus cum copiis ſe confert ad Iovinum.* Prosper Aquitanus *in Chronico ad annum Honorii* 19 *Iovinus tyrannidem poſt Conſtantinum invadit. Induſtria viri ſtrenui, qui ſolus tyranno non ceſſit, Dardani, Ataulphus, a ſocietate Iovini avellitur. Vid. Proſopographia Cod. Theodoſ. voce Dardanus.*

lerentur, pacemque cum Honorio, *Lucio & Heracliano Coſſ. A. C.* 413, inirent (*n*).

IX

Sed Conſtantii erga Placidiam amor altius egerat radices, quam ut labefactari ullo tempore potuiſſet. Cum igitur Ataulphus in eo eſſe perhiberetur, ut connubium cum Placidia concelebraret: ille, ut qui maxime & ſumma contentione ſolent, Principem repoſcendam duxit. At Ataulphus repetenti eas praetexuit conditiones, quae neque Conſtantio, neque Honorio ipſi tolerabiles videbantur (*o*). Tali mo-

(*n*) Olympiodorus, *p.* 149. tradit, jusjurandum a legatis Ataulphi praeſtitum, ipſumque Iovinum a Gothis obſeſſum, captum, & ad Dardanum miſſum fuiſſe. Itaque de pace inita nemo dubitabit, quamvis ea diuturna non fuerit.

(*o*) Olympiodorus *p.* 149. *ed. Venet.* Ὅτι Ἀδάουλφος τὸν γάμον μελετῶν Πλακιδίας Κωνσταντίῳ ταύτην ἀπαιτοῦντι, βαρυτέρας προὔτεινεν αἰτήσεις, ἵνα διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῶν αἰτήσεων, εὔλογον δόξῃ τὴν κατάσχεσιν αὐτῆς πεποιηκέναι. *Ataulphus de Placidiae nuptiis ſatagens, Conſtantio eam poſtulanti graviores praetexit poſtulationes, ut ſi compos illarum non fieret, illa juſte retenta videretur.* Philoſtorgius *Lib.* XII. *p.* 545. *ed. Reading.* ubi Ataulphi nuptias exponit, lacunis tam hiulcus eſt, nulla ut ei medicina adhiberi poſſe videatur. Nec erat, quod Henricus Valeſius in illo ſupplendo ingenio tantopere indulgeret. Verecundior fuit, nec ſine ratione, Iacobus Gothofredus,

modo Ataulphus *Constantio & Constante Coss. A. C.* 414. Candidiano nuptiarum conciliatore, Placidiam uxorem Narbonae accepit (*p*). Diem igitur Mensis

(*p*) Idatius *in Chronico anno Abrahami* 2430. qui Kalendis Octobris A. C. 313. inchoatur, *Ataulphus*, inquit, *apud Narbonam Placidiam duxit uxorem.* Olympiodori narrationibus de his nuptiis, quae p. 148. 149. ed. Venet. leguntur, nihil potest esse praestantius. Verum ob illud ipsum longiores sunt, quam quae hic locum invenire possent. Recte quidem atque ordine facit, cum diem nuptialem *A. C.* 414. *Constantio & Constante Cos.* Narbonae agitatum refert fuisse. Deteriora tradunt Iornandes *de Reb. Geticis c.* 31. & Paullus Diaconus *in fin. Lib.* XIII. *p.* 92. *Tom.* I. *Script. Rer. Italic. Muratorii.* Nam uterque Ataulphum dicit, in Foro Livii Placidiam in matrimonium duxisse. Sed pluris facio Idatii & Olympiodori auctoritatem, nisi quis Duumviros istos vel sponsalia in Italia celebrata putet respexisse, cujus Ill. Mascovio in mentem venit *Lib.* VIII. *Hist. Germanic.* §. 36. *n.* 1. Guiliel. Catellus *Rer. Occ. Lib.* III. p. 453. discrepantes scriptores ita sibi commode conciliasse visus est, si Ataulphum Placidiam A. C. 410. in Foro Aemelii sive Imolae duxisse quidem, at nuptiarum cerimonias ad A. C. 414. Narbonae peragendas, distulisse diceret. Sed nos quidem isto Gallo, si nihil certius affert, non aegre carebimus magistro. Conferantur viri eximii Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 414. *n.* 2. & du Fresnius *in Famil. Byzantin. p.* 58. *ed. Venet.* & Philippus Labbeus *in not. ad Olympiodorum.* Ex his patet, quantum Carolus Sigonius *de Regn. Occident. Lib.* II. *p.* 184. conjectura ab-

ſis Ianuar. nuptiis dixerunt, in aedibus Ingenii cujusdam celebrandis. Sed juvat, nuptiarum ritus ex Olympiodoro referre paulo fuſius, quo, qui mos apud illas gentes fuerit, lucide appareat. Placidia igitur, cum regio ornata cultu, in aula apprime ſplendida, locum occuparet digniorem, aſſedit illi Ataulphus, non minus a natura ad decus dignitatemque fictus, quam hoc ipſo tempore laenae cujusdam ornamento fulgens. Iam vero Ataulphus, quantum ſibi in Placidiae amore placeret, illuſtri prodidit documento. Nam cum pluribus lautiſſimisque donis ſponſam cumulavit, tum maxime quinquaginta pueros veſtimentis nitide decoratos, liberaliter muneri dedit. Quod quidem donum auxit mirifice lapillorum aurique haut exigua vis. Nec, dum traderetur, caruit decore. Iuvenes enim illi aptiſſime in diſcis dona concinnaverant, quos utraque geſtantes manu, Placidiae offerebant. Cumque ſponſus ſponſaque thalamum ingrederentur, more inſtitutoque majorum, juvenes ac virgines lectum circumſtantes, ſcite feſtiveque cantabant, Attalo primum, deinde Ruſtacio, Phoebadio denique praeci-

erraverit, cum non tam diem nuptialem apud Forum Cornelium agitatum, quamquam hunc quoque, quam ipſum Honorium ad illas honeſtandas Ravenna invitatum eſſe, tradit. Si quis vero Candidianum, nuptiarum conciliatorem, propius noſſe velit, illi, credo, ſatisfaciet Henricus Noriſius *in Hiſtoria Pelagiana p. 97.*

cinente. Sic illis nuptiis tam barbari, quam Romani, gavisi vehementerque laetati sunt (*q*). Nec defuerunt eo tempore, qui tum maxime Danielis divinationem, qua *filia regis Austri Regi Aquiloni jungitur, nullo tamen superstite liberorum*, facto comprobatam, probe magis, quam acute, judicarent,

X.

Ataulphus vero, ut Gottfridus Viterbiensis (*r*) & Otto Frisingensis (*s*), scriptum reliquerunt, He-

(*q*) Idatius *in Chronico An, Abraham.* 2430. *In qua prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam Regis Austri sociandam Regi Aquilonis: nullo tamen ejus ex eo semine subsistente.*

(*r*) *In Pantheo Part.* 16. *p.* 402. *apud Pistorium Tom.* II. *Ataulphus vero, rex Gothorum, amore uxoris suae Placidiae, quae erat soror Honorii Imp. a finibus Romanorum discedit, & in Gallia prope civitatem Norbonensem, ubi hodie Villa S. Aegidii dicitur in loco, qui usque hodie Palatium Gothorum dicitur, consedit supra Rhodanum fluvium.*

(*s*) *Chronic. Lib.* IV. *c.* 21. *apud Urstisium Tom.* I. *Sed Ataulphus amore uxoris Placidiae a finibus Romanorum secedit, ac in Gallias juxta provinciam Narbonensem, quam postmodum Vir Dei Aegidius inhabitans, metropoli ex nomine suo, ut villa S. Aegidii dicatur, dedit, in loco, qui usque hodie Palatium Gothorum vocatur, consedit.*

Heracleae, loco ad Rhodanum sito, regiam sibi constituit sedem, quam nomine Palatii Gothorum postea insignem fuisse scimus. Silvam etiam, quae hanc civitatem adjacet, in vetustis Monasterii S. Aegidii tabulis, silvam Gothicam, *la Selva Gothesca*, dici, prodit ille, quem paulo ante excitavimus, Guiliel. (*t*) Catellus. Neque minus Iacobus Sponius (*u*), priscae vir doctrinae, inscriptionem in lu-

(*t*) *Vid. Histoire de Comtes de Tolose p.* 5. *Adde* ejusdem Memoires de l'histoire du Languedoc p. 453. ubi relatum leges, Monasterium S. Gilles in chartis vetustis, quae Monasterii bibliothecis attinentur, Monasterium S. Aegidii in Valle Flaviana dici. Credit igitur vir doctus, Vallem Flavianam a Flavio, in quo cognomine Wisigothi Reges sibi magnopere placebant, nomen invenisse.

(*u*) Confer, si placet, ejus *Miscellanea eruditae antiquitatis pag.* 157. Eandem Inscriptionem, tabulae marmoreae incisam, quae prope monasterium S. Gilles inventa sit, laudat Petrus Gabriel *in Serie Praesulum Megalonensium p.* 7. Ego tametsi non in dubium voco, quae Gottfridus Viterbiensis & Otto Frisingensis de Palatio Gothorum tradidere: tamen non possum non cum doctissimis Gallis, qui *Languedociae Historiam* nuper conscripserunt, falsitatis illam inscriptionem arguere. Adeas velim virorum optimorum disputationem p. 643. n. 46, quae quidem tam elegans idoneo harum rerum arbitro, Ill. Mascovio visa est, eam ut Observationibus ad Hist. Germ. Tom II. p. 78. totam insereret. Ac primum quidem

lucem protraxit, qua, quae laudati scriptores de hoc Gothorum Palatio enarrarunt, confirmari egregie posse, sunt, qui arbitrantur. Sed, ecce, tibi illud marmor:

ATAVLPHO. FLAVIO.

POTENTISSIMO. REGI. REGVM.
RECTISSIMO.
VICTORI. VICTORVM. INVICTISSIMO.
VANDALICAE.
BARBARIEI. DEPVLSORI. CAESAREAE.
PLACIDIAE.
ANIMAE. SVAE. DOMINIS. SVIS.
CLEMENTISSIMIS.
ANATILII. NARBONENSES. ARECOMICI.
OPTIMIS. PRINCIPIBVS. IN. PALATIO.
POSVERVNT.
OB. ELECTAM. A. SE. HERACLEAM. IN. REGIAE.
MAIESTATIS. SEDEM.

XI.

dem inter se homines apprime eruditi, Iac. Sponius l. c. Ioannes Harduinus *in Plin. Lib.* III. *c.* 4. & Bouche *en Histoire de Provence*, de loco, quo Inscriptio reperta dicitur, dissentiunt, quod quidem signum satis luculentum est, impostorem aliquem hanc tabulam subjecisse. Deinde Flavii nomen nullis comprobatur monumentis, imo ex mo-

XI.

Sed Ataulphus uberrimum sibi ex nuptiis fructum cepisse visus est, cum Placidia exoptatissimum eodem anno filium eniteretur, cui quidem nomen ab Avo Theodosio M. haesit. Hunc quamquam uterque parentum magnopere sibi congratulabatur: tamen illa laetitia fuit minus diurna. Nam paulo post, turbato naturae ordine, e vita migravit. Ipse Ataulphus cum filio suscepto laetans, tum Placidiae suavitate delinitus, pacis conservandae studio, si quisquam alius, ducebatur. At Constantius, qui nuptias celebratas graviter molesteque ferebat, id sibi negotii datum esse putavit, ut illo ipso anno Ataulphum bello persequeretur (*x*). Hic igitur bel-

more Seculi Flavius Ataulphus, non Ataulphus Flavius scribendum fuisset. Denique pueriles verborum lusus: *Regum rectissimus Victorum invictissimus*, minutum quoddam & umbrativum redolent ingenium, qualia tulerunt superiora tempora. Ista vero *Caesarea Placidia* vel Heracliteae severitatis homini risum excuteret. Nam barbarus ille Inscriptionis auctor, quisquis demum fuerit, historiae lumine destitutus, vim ac potestatem, quam veteres verbo *Caesareae* subjecere, minime intellexit. Plura laudati viri suppeditant argumenta, ad auctoritatem harum tabularum infringendam, comparata.

(*x*) Olympioderus *p.* 149. *ed. Venet.* ὅτι Ἀδαοῦλφος τεχθέντος αὐτῷ ἐκ τῆς Πλακιδίας παιδὸς ᾧ ἐπέθηκε κλῆσιν Θεοδόσιον, πλέον ἠσπάζετο τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. Κωνσταντίου

δὲ

bello laceſſitus, Attalum, quem, tanquam inanis imperii ſimulacrum, ſecum ex Italia duxerat, ad inſignia (y) Auguſtalia reſumenda, incitavit. At Conſtantius cum copiis in Galliam profectus, Gothis fuit ſuperior, & Ataulphum e Gallia in Hiſpaniam ſecedere coëgit, *Conſtantio & Conſtante Conſ. A. C.* 414 (z). Sequenti vero *A. C.* 415. *Honorio X*

δὲ καὶ τῶν περὶ Κωνςαντίον ἀντιπραττόντων, ἔμεινεν ἄπρακτος ἡ τούτου καὶ τῆς Πλακιδίας ὁρμή. *Ataulphus, nato ſibi e Placidia filio, cui Theodoſio nomen dedit, Romanam amplius Rempublicam amare videbatur. Verum Conſtantio ejusque aſſeclis repugnantibus, ejus & uxoris Placidiae (pacis ineundae) conatus fruſtra tuerunt.*

(y) Prosper Aquitanus *in Chronico ad Conſulatum Conſtantii & Conſtantis A. C.* 414. *Attalus*, inquit, *Gothorum conſilio & praeſidio tyrannidem reſumit in Galliis.* Adde Paulinum *in Euchariſtico* v. 298.

Solis quippe Gothis fretus, (Attalus) male jam ſibi notis,
Quos ad Praeſidium vitae praeſentis habere
Non etiam imperii poterat, per ſe nihil ipſe
Aut opibus propriis, aut milite nixus.

(z) Oroſius *Lib.* VII. *c.* 43. Anno ab V. C. MCLXVIII. *Conſtantius Comes Gothos Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coepit.* Hic annus V. C. ex computatione Capitolina incidit in Conſulatum Conſtantii & Conſtantis A. C. 414. Conſulatur Anton. Pagius *in Critica ad an. cit. n.* 3. Idatius *in Chronico ad an.*

rio X & Theodosio VI. Conf. Ataulphus Barcinonae consedit, in qua civitate filium Theodosium sepeliendum (*a*) curavit. Ipse paulo post inter bellicos apparatus, fraude servi cujusdam, quem Dobbium vocant, interiit, coeli prius ruinam, quam tale quid praecipiens cogitatione, quippe equos suos de more in stabulo dicitur contemplatus (*b*).

Hinc

an. Honor. XXII. i. e. *A. C.* 414. *Ataulphus*, inquit, *a Patricio Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcionam inter familiares fabulas trucidatur.*

(*a*) Olympiodorus & Idatius locis citatis. Franciscus Diago *in Historia Comitum Barcinonensium Hispanice conscripta Lib.* I. *c.* 13. 35. Ataulphum, existimat, Barcinonam tum sibi regiam sedem legisse, quod mihi quidem secus videtur. Certe observavit inde, quid Constantius adversus se moliretur.

(*b*) Prosper Aquitanus *in Chronico Honorio* X. & *Theodos.* VI. *Coss. A. C.* 415. *Ataulphus a quodam suorum vulneratus interiit.* Paullus Orosius *Lib.* VII. *c.* 43 *Ataulphus apud Barcinonem, Hispaniae urbem, dolo suorum, ut fertur, occisus est.* Olympiodorus *p.* 149. Ειτα ἀναιρεῖται καὶ Αδάουλφος, (εἰς ἐπιτήρησιν τῶν οἰκείων ἵππων, ὡς εἴθιστο αὐτῷ, διατρίβων ἐν τῷ ἱππῶνι) ἀναιρεῖ δὲ αὐτὸν εἷς τῶν οἰκείων Γότθων Δόββιος τοὔνομα. *Interficitur deinde et Ataulphus ipse (dum equos suos de more in stabulo contemplatur) a Gotho quodam ejus domestico, Dobbii nomine.* Iornandes *de Rebus Geticis* servum istum Vernulfum vocat. *Occubuit gladio perforato Vernulfi, de cujus* se-

Hinc ſatis appoſite Carolus Sigonius (*c*) eum propterea a Gothis occiſum judicat, quod Placidiae voluntati obſecutus, plus, quam par erat, pacis ſtudia coluiſſet.

XII.

Jam Ataulphus moriens animo praeſagiebat, ſe extincto, Placidia, Gothis exoſa, nihil infelicius futurum. Quare fratri ſuo, ut eam Honorio redderet, imperavit (*d*). Neque vano ille divinavit augurio. Nam Singerichus quidam non lege, ſed partium ſtudio ad regnum delatus, & Ataulphi liberos e priori conjuge ſuſceptos interemit, & in Placidiam adeo ipſam rabie ſaeviit tanta, ut in priſtini mariti contumeliam, una cum reliquis captivis, pedibus ante equum incedere ſit coacta, idque omni illo ſpatio, quod eſt ab urbe ad duodecimum usque lapidem (*e*). Sed hoc teterrimum hominis mon-

ſolitus erat ridere ſtatura. Auctor *Chronici Paſchalis ad A. C.* 415. *p.* 246. caedem Honorio tribuit, ut adeo aliquis ab Conſtantio, qui ſcelus patraret, ſubornatus eſſe videatur.

(*c*) *De Regno Occidentali Lib.* XI. *p.* 187.

(*d*) Olympiodorus *p.* 149. Τελευτῶν δὲ Ἀδάουλφος προσέταττε τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι Πλακιδίαν. *Moriens Ataulphus fratri ſuo injunxit, Placidia ut Honorio redderetur.*

(*e*) Olympiodorus *l. c.* Διάδοχος δὲ ὁ τοῦ Σάρου ἀδελ-

M φὸς

monstrum terra non diu tulit. Septem enim dies cum furore esset debachatus, Gothorum ferro occubuit (*f*). Hunc in regno excipit Vallia, mitius a natura ingenium nactus. Quamquam enim initio transitum contra Honorium in Africam moliebatur, ac postea bellum terra gerendum (*g*) adornabat: a priori tamen conatu naufragio, a posteriore quidem Constantii virtute se depulsum sensit. Misit igitur, qui pacem hac facerent conditione, ut, annona recepta,

φὸς Σιγγέριχος, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ ἢ ἀκολουθίᾳ καὶ νόμῳ γίνεται - - - Καὶ τὴν Πλακιδίαν εἰς ὕβριν Ἀδαούλφου, ἐκ ποδὸς προηγήσασθαι τοῦ ἵππου ἅμα κ. τ. λ. *At qui successit Sari frater Singerichus, studio potius ac vi, quam successione ac lege creatus - - - Atque ipsam* Placidiam *reginam, in Ataulphi scilicet contumeliam pedibus ante equum ambulare coegit &c.*

(*f*) Olympiodorus *l. c.* Επτὰ δὲ ἡμέρας ἄρξας, ἀναιρεῖται. Ηγεμὼν δὲ τῶν Γότθων Ουαλίας καθίσταται. *Septem ille dies cum imperasset interemptus est, & Gothorum dux Vallia constituitur.* Cum Singericho nihil fuerit ab humanitate alienum magis, nihilque atrocius, mirabile mihi videtur, illum ab Orosio *Lib* VII. 3. *c.* 43. Dei judicio ad pacem propensum dici.

(*g*) Orosius *Lib.* VII. *c.* 43. *Deinde Vallia successit in regnum, ad hoc electus a Gothis ut pacem infringeret, ad hoc adornatus a Deo, ut pacem confirmaret. - - -* Placidiam *Imperatoris sororem, honorifice apud se honesteque habitam, fratri reddidit.* Iuvabit ipsum Orosium evolvisse, quippe qui haec omnia explicat fusius.

cepta, Placidia redderetur (*h*). Constantius igitur, qui nunc tandem digito sibi coelum attigisse videbatur, e vestigio frumentum, Euplutiumque (*i*) Magistrianum, qui foedus percuteret, transmisit. Idem et Placidiam *Theodosio* VII. *&* *Palladio Coss.* *A. C.* 416. ab exercitu mox ad Honorium (*k*) mit-

(*h*) Iornandes *de Rebus Geticis c.* 32. *Constantius ovans cum copia armatorum, & pene jam regio apparatu Hispanias petit. Cui Vallia Rex Gothorum non minori procinctu ad claustra Pirenaei occurrit: ubi ab utraque parte legatione directa, ita convenit pacisci, ut Placidiam sororem principis redderet, suaque solatia, Romanae Reipubl. ubi usus exigeret, non denegaret.* Philostorgius *Lib.* XII. *n.* 4. *p.* 546. Ἐκ τούτου τὸ Βάρβαρον πρὸς Ὀνώριον σπένδεται, καὶ τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν, καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ παρατίθενται αὐτοὶ, σιτήσεσί τε δεξιωθέντες. *Ex inde barbari foedus cum Honorio percusserunt, & Placidiam sororem atque Attalum Imperatori Honorio tradiderunt, cum prius ipsi ab Imperatore annonas accepissent.* De eadem annona data fidem facit Olympiodorus loco mox laudando. De obsidibus utrinque in fidem datis, quorum mentionem fecit Orosius, accurate disseruit Carolus Sigonius *de Occid. Imperio Lib.* XI. *p.* 188.

(*i*) Olympiodorus *p.* 150. Ὅτι Εὐπλούτιος ὁ μαγιστριανὸς πρὸς Οὐάλλιον, ὃς τῶν Γότθων ἐχρημάτιζε φύλαρχος, ἀποστέλλεται, ἐφ᾽ ᾧ σπονδάς τε θέσθαι εἰρηνικὰς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν Πλακιδίαν. *Euplutius Magistrianus ad Valliam, Gothorum praefectum, mittitur, qui pacis foedera iniret, Placidiamque reciperet.*

(*k*) Prosper Aquitanus *in Chronic. Theodos.* VII. *&* pal-

mittendam reduxit. Conſtantius vero, c
obtigerat, in qua excurrere virtus ſpecta
ſet, ſequenti anno operae pretium tulit.
Conſul iterum deſignatus eſt, et Placidiae
nio decoratus.

XIII.

Jam vero, qualis quantusque vir fuerit
ſtantius, quam breviſſime res patitur, nob
cendum. Conſtantius igitur Illyrius ex ur

Palladio Coſſ. A. C. 416. Placidiam, *Theodoſi*
filiam, quam Romae Gothi ceperant, quamque
conjugem habuerat Vallia, pacem Honorii e
didit, ejusque nuptias promeretur Conſtantius.
in Chronico Iisdem Coſſ. His Coſſ. Gothi placat
tio Placidiam reddiderunt, cujus nuptias
Idem legitur apud Paullum Oroſium *Lib.* VII.
cedit tandem *L. ult. Cod. Theodoſ. de infirmana*
ſub tyrann. inſcripta Cönſtantio Comiti & P
taque *A. C.* 416. *Raven. Kalend. Mart.* qu
criminum gratiam facit iis, qui operas ſuas
depopulando voluerant eſſe adjutrices. Erg
Kalendas Martias pax cum Gothis conſtituta d
Conf. Iacob Gothofredus *ad h. l.* & Anton
Critica ad A. C. 415. *n.* 25. Fabulam vero
narratio Zonarae *in Annal. Lib.* XIII. *p.* 3
Oper. ed. Venet. itemque Malalae *in Chronog*
p. 18. Quorum uterque Placidiam perhibet,

so, five, ut Philippus Labbeus (*l*) ad Olympiodorum suo periculo legi jubet, Naiso, jam inde a Theodosii M. temporibus stipendium meruit (*m*), tantamque Honorio virtutem probavit, ut A. C. 412. Magister militum, *L. ult. Cod. Theodos. de desertor.* & A. C. 414. Consul in Occidente crearetur (*n*). Cumque in bello Gothico multa fortiter

captam, traditamque Constantio cuidam Comiti custodiendam, qui, cum eam, invito Alarico, ad fratrem perduxerit, primum ad Senatoriam dignitatem, deinde ad affinis gradum, denique ad Augusti fustigium adspirarit.

(*l*) Olympiodorus *p.* 152. Ὅτι Κωνστάντιος, Ἰλλύριος ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας, καὶ πολλὰς στρατείας ἀπὸ τῶν Θεοδοσίου χρονῶν διελθὼν, ὕστερον καὶ εἰς βασίλειον ἀρχὴν ὑπέδυ. *Constantius genere Illyrius fuit e Panaeso, urbe Daciae, qui multis obitis jam inde a Theodos. M. temporibus militiae muneribus, ad summum tandem imperii apicem evectus est.* De Naiso uberius disputavit et fusius is, quem laudavi, Philippus Labbeus *in notis ad l. c. p.* 204. & Petrus Wesselingius, Academiae Ultrajectinae, quin interiorum literarum lumen, verumque ornamentum p. 566. in exquisitissimis annotationibus, quibus *Itinerarium Hierosolymitanum*, optimo quoque applaudente, voluit esse locupletatum.

(*m*) Sozomenus *Lib.* IX. *c.* 13. 14. Prosper Aquitanus *in Chronico*, *Theodos. Aug.* IV. *Cos.* Idatius *in Chronico ad An.* XVII. *Honor. A. C.* 411.

(*n*) Consulantur Anton. Pagius *in Critica h. a.* Petrus Relandus *in Fastis, Chronologia & Prosopographia Cod. Theodos.*

titer animoseque fecisset, eodem anno, quo pacem cum Gothis factam esse diximus, et Comitiva et Patriciatus dignitate ab Honorio est ornatus. Sane harum titulum dignitatum praefert *Inscriptio Leg. ult. Cod. Theodos. de infirmandis his, quae sub tyrannis.* A. C. 417. iterum cum Honorio Aug. iniit consulatum, & hoc tandem tempore, Placidiam, tot expetitam votis, nuptiarum sibi foedere junxit (*o*). Quae quidem tantum abfuit, ut sibi in hoc sponso placeret, ut potius, quomodocunque poterat, repudiaret. Tandem, cum diu multumque recusaret, ipse eam frater, manu arreptam, Constantio eodem, quo Consulatum iniit, die, tradidit in manus (*p*). Anquirentibus vero nobis, quid esset, quod Placidia has nuptias tanta pertinacia detrectasset, duorum inprimis venit in mentem, quorum alterum ad Constan-

(*o*) Olympiodorus *p.* 151. Ὅτι ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ονώριος προελθὼν τὸ ἐνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνστάντιος τὸ δεύτερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτελοῦσιν. *Honorius Aug.* XI. *&* *Constantius* II. *Coss. creati, Placidiae nuptias conciliant.*

(*p*) Olympiodorus *p. c.* Ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανεύουσα, Κωνστάντιον παρεσκεύασε κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι θεραπόντων. Τέλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ, ἀπὸ Χειρὸς ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ονώριος ἄκουσαν λαβὼν, ἐγχειρίζει παραδιδοὺς Κωνσταντίῳ. *Sed has ipsas nuptias cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imp. frater ejus invitam in manus Constantio dedit.*

ſtantii formam, alterum ad Placidiae iracundiam videtur pertinere. Namque Conſtantii membra non tam apta compoſitione, quam Ataulphi, oculos movebant; cujus omnes partes inter ſe cum miro quodam decore conſenſiſſe perhibentur. Fuit enim Conſtantius truci minacique vultu, oculis juſto majoribus, cervice ſublata, verbo, parum amabilis ſexui caſtiori, ut adeo Placidiae ancillae ſub ejus adſpectum aegre riſum continerent (q). Neque injuriae, quibus Ataulphum Conſtantius affecerat, tam cito e Placidiae animo poterant effluere. Si enim in mentem revocabat, unum Conſtantium et pacem cum Honorio ineundam turbaſſe, et bello maritum graviore preſſiſſe, & caedem denique, quod Gothorum animi exaſperabantur, admaturaſſe, non potuit fieri, quin tantum non capitali eum odio perſequeretur.

XIV.

Sed neque Placidia ſua obſtinatione vim humanitatis compreſſit. Nam illo ipſo anno, quo nuptias celebraverat, aut initio ſequentis 418. Juſtam Gratam

(q) Olympiodorus *p.* 148. formam Conſtantii ſatis graphice deſcripſit, belle, arbitrans, in eum convenire Euripidis illud: Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Aliter hic ſentit, neque injuria, Philippus Labbeus, niſi quis forte illud ἐπιφώνημα, cujus et ipſi huic viro erudito in mentem venit, ab Olympiodoro εἰρωνικῶς adjectum putet.

tam Honoriam in lucem videtur edidiſſe (*r*). Conſtantius tum maxime, devictis, Valliae ope, Suevis,

(*r*) Olympiodorus *p.* 151. Εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ονορίαν· καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Ουαλεντινιανός. *Hinc nata iis filia eſt, quam Honoriam appellarunt: filius item, cui Valentiniani nomen datum.* Cum vero Valentinianus A. C. 419. natus ſit, ut mox probabimus: Honoria aut A. 417. aut initio 418. lucem aſpexit. Integrum ejus nomen nobis ſervavit Agnellus *Lib. Pontifical. Part.* I. *in vita S. Ioannis*, τοῦ Αγγελόπτου. *Cap.* 6, *p.* 68. *Tom.* II. *Script. Rer. Ital. Muratorii*, ubi inſcriptionem producit, in templo S. Ioannis Ravennae, Galla Placidia curante, collocatam: *ſancto ac beatiſſimo Apoſtolo Ioanni Evangeliſtae Galla Placidia Auguſta, cum filio ſuo Valentiniano Auguſto, & filia ſua Iuſta Grata Honoria Auguſta, liberationis periculo maris votum ſolvit.* Recte Benedictus Bachinius, qui commendatione noſtra non eget, ad hunc locum obſervavit, Placidiam in una hac filia, geminarum aviarum, *Iuſtae* videlicet & *Gratae*, Gallae, matris ſuae, ſororum, ex ſeniore Valentiniano progenitarum, memoriam conſervare voluiſſe. Ianus etiam Gruterus *in Corpore Inſcriptionum* MXLVIII. 1. idem hoc monimentum publici juris fecit, in quo id quidem inprimis ſingulare occurrit, quod Honoria titulo Auguſtae inſignitur. Sed quamvis omnes Hiſtorici de hac taceant dignitate, bene tamen res habet. Nam Caeſar Baronius e muſeo Laelii Paſqualini *in Annal. ad A. C.* 454. & ex eo Carol. du Fresnius *in Famil. Byzant. p.* 54. aureum protulerunt numiſma, hoc titulo, DN IUST GRAT HONORIA PF AUG & in al-

vis, Alanis, Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, & *Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419.

tra-

altera parte SALUS REIPUBLICAE, addito Christi monogrammate in corona quercea, & infra CONOB. Vidit et Henricus Norisius, uti ipse narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam p.* 2. aureum numum inter numismata Illustriss. Comitis Ioan. de Lazara, qui altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero Cruce coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, Honoriam hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor mitigaretur. Refert enim Iornandes *de Regnorum successione p.* 239. ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attilam, Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem & nuptias adeo conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fluxa amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Procuratorem suum, ut muliebre decus, aegerrime hucusque a se conservatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi conciliandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, a fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, A. C. 434. Constantinopolim missa est. Marcellinus *in Chronico Ariobindo & Aspare Coss. A. C.* 434. *Honoria, Imp. Valentiniani soror, ab Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est. Attilam enim contra Occidentalem rempubl. concitabat.* Idem plane testatur Iornandes l. c. Legimus apud Priscum Panitem *in excerptis Legation. p.* 27. *Tom. I. Script. Rer. Byzant.* Attilam, auditis iis, quae Honoriae acciderant, Legatos in Occidentem misisse, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere

tam Honoriam in lucem videtur edidiſſe (*r*). Conſtantius tum maxime, devictis, Valliae ope, Suevis,

(*r*) Olympiodorus *p.* 151. Εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ονορίαν· καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Ουαλεντινιανός. *Hinc nata iis filia eſt, quam Honoriam appellarunt: filius item, cui Valentiniani nomen datum.* Cum vero Valentinianus A. C. 419. natus ſit, ut mox probabimus: Honoria aut A. 417. aut initio 418. lucem aſpexit. Integrum ejus nomen nobis ſervavit Agnellus *Lib. Pontifical. Part.* I. *in vita S. Ioannis*, τοῦ Αγγελόπτου. *Cap.* 6, *p.* 68. *Tom.* II. *Script. Rer. Ital. Muratorii*, ubi inſcriptionem producit, in templo S. Ioannis Ravennae, Galla Placidia curante, collocatam: *ſancto ac beatiſſimo Apoſtolo Ioanni Evangeliſtae Galla Placidia Auguſta, cum filio ſuo Valentiniano Auguſto, & filia ſua Iuſta Grata Honoria Auguſta, liberationis periculo maris votum ſolvit.* Recte Benedictus Bachinius, qui commendatione noſtra non eget, ad hunc locum obſervavit, Placidiam in una hac filia, geminarum aviarum, *Iuſtae* videlicet & *Gratae*, Gallae, matris ſuae, ſororum, ex ſeniore Valentiniano progenitarum, memoriam conſervare voluiſſe. Ianus etiam Gruterus *in Corpore Inſcriptionum* MXLVIII. 1. idem hoc monimentum publici juris fecit, in quo id quidem inprimis ſingulare occurrit, quod Honoria titulo Auguſtae inſignitur. Sed quamvis omnes Hiſtorici de hac taceant dignitate, bene tamen res habet. Nam Caeſar Baronius e muſeo Laelii Paſqualini *in Annal. ad A. C.* 454. & ex eo Carol. du Freſnius *in Famil. Byzant. p.* 54. aureum protulerunt numiſma, hoc titulo, DN IUST GRAT HONORIA PF AUG & in al-

vis, Alanis, Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, & *Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419.

tra-

altera parte SALUS REIPUBLICAE, addito Christi monogrammate in corona quercea, & infra CONOB. Vidit et Henricus Norisius, uti ipse narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam p.* 2. aureum numum inter numismata Illustriss. Comitis Ioan. de Lazara, qui altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero Cruce coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, Honoriam hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor mitigaretur. Refert enim Iornandes *de Regnorum successione p.* 239. ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attilam, Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem & nuptias adeo conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fluxa amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Procuratorem suum, ut muliebre decus, aegerrime hucusque a se conservatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi conciliandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, a fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, A. C. 434. Constantinopolim missa est. Marcellinus *in Chronico Ariobindo & Aspare Coss. A. C.* 434. *Honoria, Imp. Valentiniani soror, ab Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est. Attilam enim contra Occidentalem rempubl. concitabat.* Idem plane testatur Iornandes l. c. Legimus apud Priscum Panitem *in excerptis Legation. p.* 27. *Tom. I. Script. Rer. Byzant.* Attilam, auditis iis, quae Honoriae acciderant, Legatos in Occidentem misisse, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere

 vo-

tradita Valliae Aquitania, Galliam omnem reddidit pacatiorem (*s*). Eodem anno, quo, fractis hostium opibus, domum revertit, singularem ex filio quo

voluisset, nihil se indigni fecisse demonstraret. Et certe, cum Attila A. C. 452. Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert Iornandes *de Rebus Geticis c.* 42. eum esse, legatis obviam missis, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi Honoriam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus Auctor *Historiae Miscellae Lib.* XV. *p.* 98. *Tom.* I. *Script. Ital. Muratorii.* Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita, postulasse. Consule praeterea Zonaram *in Annal. Tom.* II. *p.* 39. *Ed. Paris.* & *p.* 31. *ed. Venet.* Theophanem *in Chronographia p.* 90. *Ed. Reg.* & *p.* 72. *ed. Venet.* qui quidem eam perperam Honoriadem appellat. Hieronymum Rubeum *in historia Ravennatensi Lib.* II. *p.* 100. Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baronii A. C.* 435. *n.* 42. Carolum du Fresnium *in Famil. Byzantin. p.* 59. *ed. Venet.* qui tamen in eo errat, quod Valentinianum Honoriam cum parte regni tradidisse dicit. Nec minore errore Prosper Aquitanus *ad A. C.* 423. Cassiodorus *ibid.* Cuspinianus & recentiores Dyonisius Petavius & Ioan. Baptista Ricciolus ducuntur, qui utramque Placidiae prolem masculam dixere.

(*s*) Prosper Aquitanus *in Chronic. Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419. *Constantius*, inquit, *pacem firmat cum Vallia, data eidem ad habitandum secunda Aquitania & quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* Quae omnia Idatius *in Chronic. Anno Honorii* 24. *i. e. A. C.* 418. exponit paulo largius.

quo (*t*) eum Placidia A. C. 419. auxerat, laetitiam percepit. Hic postea Valentiniani III. nomine reg-

(*t*) Olympiodori locum, ubi de Honoria differendum erat, adscripsimus. Prosper Aquitanus *in Chronico*, *Honorio* XII. *&* *Theodos.* VIII. *Coss. Placidiae filius nascitur* VI. *Non Iulius.* Theophanes *in Chronograph. ad an.* XI. *Theodosii, i. e. A. C.* 418. *p.* 57. *ed. Venet.* τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἐγεννήθη Οὐαλεντινιανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίου καὶ Γάλλας Πλακιδίας ἐν Ῥαβέννῃ. *Eodem anno Valentinianus patre Constantio & Galla Placidia Ravennae natus est.* Sed paulo post, quasi correcturus se ipsum, eadem verba Anno sequenti 419. repetit. Marcellinus *in Chron. Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419. & Idatius eodem anno Valentinianum natum esse contendunt, quibus nos quidem eo lubentius suffragamur, cum Olympiodorus in fine fragmenti, Valentinianum Septennem Augustum dicat esse renunciatum. Factum vero illud est, prope praeterlapso A. C. 425. Cogitur igitur ex his, ipsum ante A. C. 419. natum non fuisse. Accedit aliud momentum, neque id contemnendum. Idatius in Chronico, Valentinianum aetatis suae XXXVI. necatum esse tradit. *Valentinianus A. C.* 455. *nefaria cecidit manu.* Ergo anno demum 419 lucem aspexit. Diem ejus natalem ex Polemii Sylvii laterculo apud Bollandum in *Praefat.* ad Vit. SS. Mens. Ianuar. stabilivit Anton. Pagius ad A. C. 418. n. 73. Ibi enim ad VI. Non. Iulias legitur: *VI. Nonas Iulii Natalis genuinus Dn. Valentiniani.* Parum tamen placet hic calculus Benedict. Bachinio V. Cl. *in notis ad Agnelli Librum Pontifical. p.* 74. *Tom.* II. *Script. Rer. Italic. Muratorii*, Prosperumque secutus, statuit, Placidiam

regnum Occidentale administravit, nec est, quod quicquam de eo huc transferamus, cum plurimis monimentis sit ejus nomen celebratum. Tantis, vero, tot rebus gestis cum Constantius magis ac magis illustraretur, dignissimus Honorio visus est, qui Theodosio in Vicennalibus Consuli prodeunti A. C. 420. in Occidente Collega daretur (*u*). Ipse non mi-

diam Kal. Ianuar. A. C. 417. Constantio nubentem, decem & octo mensium spatio (tot enim intercedunt inter praedictam diem & secundum Iul. sive VI. Nonas Iulias 418. Valentiniani natalem) Honoriam primum, deinde Valentinianum parere potuisse. Cumque ille septimum tum egisse annum Olympiodoro dicatur, cum primum Augusti nomen usurpavit, A. nimirum C. 425. X. Kalend. Novembr. sive 23. Octobr. annum septimum completum aptius intelligi apud Olympiodorum censet. Verum ipse Agnellus, cujus tamen sententiam vir eruditissimus sibi defendendam sumpsit, eo nos adigit, ut Olympiodorum annum septimum minus completum in animo habuisse credamus. Ita enim Agnellus *Libr. Pontifical.* Part. I. in vita Ioannis τοῦ ἀγγελόπτου Cap. V. scribit: *Valentinianus, cum bis ternos annos & quatuor tempora anni essent, Divo Honorio, patruo suo, in imperium successit.* Agnellum vero imperii nomine Caesaream indicasse dignitatem, non item Augustale fastigium, Bachinius fortasse sibi soli persuasit, qui doctissimis alioquin observationibus, curaque paene anxia, scriptoris barbarie inquinatissimi, tenebras dispellit.

(*u*) Vide Antonium Pagium in Critica ad h. a. & Petrum Relandum in Fastis.

minus, quam Placidia, plurimum illo tempore auctoritate apud Honorium valebat, quem etiam invitum eo adegit, ut A. D. 421. simul cum uxore Augustali honore, puerulus vero Valentinianus Nobilissimi titulo ornaretur (*x*). Sed cum more institu-

(*x*) Olympiodorus *p.* 151. *ed. Venet.* Ὁ δὲ Κωνστάντιος συμβασιλεύει Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδὸν ἄκοντος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγοῦστα, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς, χειροτονησάντων. Εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὃς ἀδελφιδοῦς ὢν Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν. Ἡ ἀνάῤῥησις μηνυομένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεκτος. *Constantius vero Honorii in Augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre & marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imp. electione nuntius mittitur, minimeque receptus est.* His fere consimilia enarrat Philostorgius Lib. XII. p. 550. Caesar Baronius *in Annal. ad A. C.* 423. Prosperum auctorem probans, Constantium eodem anno, quo Consul factus est, a Caesaris ad Augusti dignitatem putat aspirasse. Falso. Nam Constantius, quantum scimus, nunquam Caesaris nomen gessit, & anno tantum 421. idem & Augustus creatus est & decessit. Neque hic Idatius & Cassiodorus sunt audiendi. Quodsi A. C. 420. Augustus jam nuncupatus fuisset, leges, eo anno latae, procul dubio, ejus nomen praeferrent. Sed in Codice Theodosiano, si inscriptionem spectes, *Honorium* tantum & *Theodosium A. A.* deprehendes: sin subscriptionem, *Theodos.* IX. & *Constantio V. C. Coss.* Anno

[illegible]

[illegible]

plurimum illo tempore au-
m valebat, quem etiam in-
D. 421. ſimul cum uxore
lus vero Valentinianus No-
(x). Sed cum more inſti-
tu-

51. *ed. Venet.* Ὁ δὲ Κωνςάντιος
μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδὸν
ἡ Πλακιδία Αὐγούςα, τοῦ τε
ρὸς, χειροτονησάντων. Εἶτα πέμ-
ἀδελφιδοῦς ἐν Ονωρίου, τῶν πρὸς ἕω
ης μηνυομένη τῆς Κωνςαντίου βα-
Conſtantius vero Honorii in
, ab illo quidem ipſo, ſed
is. Placidia quoque Auguſta
. Dein ad Theodoſium, qui
is partibus Auguſtus impera-
lone nuntius mittitur, mini-
conſimilia enarrat Philoſtor-
eſar Baronius *in Annal. ad*
torem probans, Conſtantium
factus eſt, a Caeſaris ad Au-
e. Falſo. Nam Conſtantius,
Caeſaris nomen geſſit, & an-
guſtus creatus eſt & deceſſit.
dorus ſunt audiendi. Quodſi
nuncupatus fuiſſet, leges, eo
ejus nomen praeferrent. Sed
inſcriptionem ſpectes, *Hono-*
A. A. deprehendes: ſin ſub-
& Conſtantio V. C. Coſſ. An-
no

tutoque majorum ejus imagines Conſtantinopolim mitterentur, a Theodoſio minime ſunt receptae. Quam quidem injuriam cum Conſtantius nullo modo ferendam putaret, ſagum ſumpſit, fortunamque belli ſtatuit experiri (*y*). Sed vitae brevitas vetuit ſpes tam longas inchoare. Namque moerore, quem in-

no vero ſequenti 421. quatuor occurrunt in Codice eodem Conſtitutiones, quarum inſcriptio haec eſt: *Impp. Honorius & Theodoſius & Conſtantius A. A. A.* Quod quidem luculento argumento eſt, illum hoc demum anno ad ſupremum illud faſtigium perveniſſe. *Vide Chronologiam Cod. Theodoſ.* Suffragatur nobis Theophanes *in Chronographia*, qui annum adeo & diem inaugurationis deſignat. Nam ad A. C. 413. ſecundum Computat. Alexandrinam, qui inchoatur Menſe Septembr. A. C. 420. haec habet: Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασίλευσεν πρὸ ἓξ εἰδῶν Φεβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσάρων νώνων Σεπτεμβρίου. *Hoc anno Conſtantius Valentiniani pater imperium obtinuit ſexto Idus Februarias: quarto vero Nonas Septembris occiſus eſt.* Ex his ſatis liquet Conſtantium VIII. die menſis Februar. 421, electum, jam II. die Menſ. Septembr. fato fuiſſe functum. Igitur et Philoſtorgius, qui menſes tantum ſex ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus abſolutum, ſiluiſſe dicendus eſt. Conſtat porro ex Olympiodoro, Placidiam cum Conſtantio demum Auguſtae nomine eſſe ſalutatam. Anton. Pagius *in Critica ad Baronii Annales A. C.* 420. *n.* 2. *ſeq.* Tillemontius *n.* 46. *ad Vitam Honorii.*

(*y*) Videatur Olympiodorus & Philoſtorgius *l. c. ad not. x.*

inde hauriebat, quod imperium fuſcepiſſet, adeo affligebatur, ut ſeptimo imperii ſui menſe Ravennae de vitae diſcederet ſtatione (*z*). Hic etſi triſti truculentoque adſpectu omnia omnibus minari videbatur, illa tamen aetas neminem tulit lepore & urbanitate conditiorem. Nam tantum in conviviis ſibi indulſit, ut, cum mimis, ad menſam ludentibus, certare, ne dedecori quidem ſibi eſſe putaret. Neque quisquam eum vitae integritate, temperantia, moderatione anteivit. Quid autem de pecuniae deſpicientia commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, antequam Placidiam duceret, paene profunderet omnem (*a*). Sed cum uxor rei familiari diligentius ſervire inſtitueret, adeo et ipſe fervebat ferebaturque avaritia, ut plurimos per injuriam opibus exueret ſuis (*b*) Memoria vero Conſtantii duobus

(*z*) Idatius *in Chronico ad an.* 27. *Honorii. Conſtantius*, inquit, *Imperator*, *Ravennae moritur in ſuo tertio Conſulatu.* Prosper Aquitanus *in Chronico*, *Agricola & Euſtathio Coſſ.* Conſtantium dicit animam efflaſſe.

(*a*) Olympiodorus *p.* 148. Ην δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς - - - ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παιζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. *Erat ipſe Conſtantius cum prodiret, ſubtriſti vultu ac tetrico - - - In coenis tamen atque ſymbolis, iucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad menſam ludentibus contenderet.*

(*b*) Olympiodorus *p.* 152.

bus vetuſtis monumentis conſervatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Auguſtam Trevirorum eſt repertum. Albinga quidem, uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, ſupra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Conſtantius attribuit tum, cum in conſtituenda Liguria, a Gothis devaſtata, verſaretur. De quo nos quidem dubitare non ſinit carmen marmoreae tabulae inciſum, quae olim prope Pontem Longum, ubi idem Conſtantius Centam fluvium conjunxerat, ſpectata, Ferdinandi Ughelli tempore, a quo in *Italia Sacra in Epiſcop. Albigaunenſibus p.* 1261. *Tom.* IV. juris eſt publici facta, tanquam venerandae antiquitatis reliquiae, apud Comitem Octavium Coſtam, aſſervabatur. Verſus autem, qui ad Conſtantium noſtrum, non ad Conſtantini M. filium referri debent, hi ſunt:

Conſtanti virtus ſtudium victoria nomen
Dum recipit Gallos conſtituit Ligures
Moenibus ipſe locum duxitque recenti
Fundamentum ſolo curaque parta dedit
Cives tecta forum portus commercia porta
Conditor extructis aedibus inſtituit
Dumque refert orbem me primam protulit urbem
Nec renuit titulos limina noſtra loqui
Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
Conſtanti manum nominis appoſuit.

Al-

Alterum monumentum, quod e lapide Basilicae Paulinianae Treviris descriptum Christ. Browerus Annal. Trevirens. p. 283. in lucem protulit, hoc est:

H. IACET. FILIVS.
CONSTANTIVS. VIR.
CONSVLARIS. COMES. ET.
MAGISTER. VTRIVSQVE.
MILITIAE. ATQVE. PATRICIVS.
ET. SECVNDO. CONSVL. ORDINARIVS.

Fleetwood *in Syllog. Inscript. p.* 378. edidit Elius Constantius. Apte scienterque alii emendant, fastorum auctoritatem secuti, Fl. Constantius. Hunc lapidem ad Constantium pertinere nostrum, nihil dubitationis habet. Sed quisque paulo eruditior videt, maximam lapidis partem periisse. Nam illa, *hic jacet*, ad alium debent referri, cum Constantius, non in secundo sed post tertium Consulatum, quin acceptam Augusti dignitatem, de vita abierit.

DISSERTATIO SECUNDA

DE

GALLA PLACIDIA AUGUSTA.

I.

Quam pulcre Galla Placidia fortunam vel secundam tulerit, vel, quod difficilius putatur, adversam, quibusque adeo artibus admirabilem sese praebuerit omni, quae futura est, posteritati, in priori commentatione satis dilucide satisque copiose, nisi amore mei decipior, memini me explicare. Quae etsi alicui illorum, qui ne nomen quidem Placidiae unquam sermone usurparunt, satis, et plus forte, quam satis, dicta videantur: tamen mihi non committendum putavi, ut quidquam illorum, quae ad Placidiae nomen illustrandum pertinerent, reliqui fecisse existimarer.

II

Galla igitur Placidia, Constantio, marito, morte de medio sublato, quod reliquum erat vitae, apud

Ho-

Honorium sibi transigendum duxit. At ille, quod dicere fere pudet, tantum sibi in Placidiae amore indulsit, ut ardentius illam frequentiusque, ac fratrem decebat, osculando, perdite multis amare videretur. Sed idem ille amor, quamquam erat multo flagrantissimus, tamen brevi, ut fit, in summum evasit odium. Nam Spadusa, atque Elpidia, Placidiae nutrix, quae plurimum tum gratia poterat, Leonteo, Augustae curatore, auctoritatem adjungente suam, tantos discordiae motus Ravennae excitarunt, ut res primum ad seditionem, deinde ad vim spectare videretur. Gothi certe, qui tum adhuc Placidiae causa omnia volebant, ut erant ingeniis turbulentis, cum Romanis identidem sunt digladiati (*a*). Nec desunt, quibus tum Placidia dicitur et insidias Honorio tetendisse et barbarorum copias, tanquam futuras sibi auxiliatrices, advocasse (*b*). Cum vero Honorius superior factus, principatum suum obtineret, Placidiam *Asclepiodoto et Mariniano Coss.* *A. C.*

(*a*) Olympiodorus *in Eclogis Historiarum p.* 152. *ed. Venet.*

(*b*) Prosper Aquitanus *in Chronico An. Honorii* XXXI. *Placidia*, inquit, *cum insidias fratri tenderet, deprehensa est, & Constantinopolim exilio delegata.* Cassiodor. *in Chronico Asclepiodoto* & *Mariniano Coss. His Coss.* inquit, *Placidia Aug. a fratre Honorio ob suspicionem invitatorum hostium, cum Honoria & Valentiniano, filiis, ad Orientem mittitur.* Olympiodorus *l. c.*

tradita Valliae Aquitania, Galliam omnem reddidit pacatiorem (*s*). Eodem anno, quo, fractis hostium opibus, domum revertit, singularem ex filio

quo

voluisset, nihil se indigni fecisse demonstrarent. Et certe, cum Attila A. C. 452. Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert Iornandes *de Rebus Geticis c.* 42. eum esse, legatis obviam missis, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi Honoriam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus Auctor *Historiae Miscellae Lib.* XV. *p.* 98. *Tom.* I. *Script. Ital. Muratorii.* Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita, postulasse. Consule praeterea Zonaram *in Annal. Tom.* II. *p.* 39. *Ed. Paris.* & *p.* 31. *ed. Venet.* Theophanem *in Chronographia p.* 90. *Ed. Reg.* & *p.* 72. *ed. Venet.* qui quidem eam perperam Honoriadem appellat. Hieronymum Rubeum *in historia Ravennatensi Lib.* II. *p.* 100. Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baronii A. C.* 435. *n.* 42. Carolum du Fresnium *in Famil. Byzantin. p.* 59. *ed. Venet.* qui tamen in eo errat, quod Valentinianum Honoriam cum parte regni tradidisse dicit. Nec minore errore Prosper Aquitanus *ad A. C.* 423. Cassiodorus *ibid.* Cuspinianus & recentiores Dyonisius Petavius & Ioan. Baptista Ricciolus ducuntur, qui utramque Placidiae prolem masculam dixere.

(*s*) Prosper Aquitanus *in Chronic. Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419. *Constantius*, inquit, *pacem firmat cum Vallia, data eidem ad habitandum secunda Aquitania & quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* Quae omnia Idatius *in Chronic. Anno Honorii* 24. *i. e. A. C.* 418. exponit paulo largius.

quo (*t*) eum Placidia A. C. 419. auxerat, laetitiam percepit. Hic postea Valentiniani III. nomine reg-

(*t*) Olympiodori locum, ubi de Honoria differendum erat, adscripsimus. Prosper Aquitanus *in Chronico, Honorio* XII. & *Theodos.* VIII. *Coss. Placidiae filius nascitur* VI. *Non Iulius.* Theophanes *in Chronograph. ad an.* XI. *Theodosii, i. e. A. C.* 418. *p.* 57. *ed. Venet.* τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἐγεννήθη Οὐαλεντινιανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίου καὶ Γάλλας Πλακιδίας ἐν Ῥαβέννῃ. *Eodem anno Valentinianus patre Constantio & Galla Placidia Ravennae natus est.* Sed paulo post, quasi correcturus se ipsum, eadem verba Anno sequenti 419. repetit. Marcellinus *in Chron. Monaxio & Plinta Coss. A. C.* 419. & Idatius eodem anno Valentinianum natum esse contendunt, quibus nos quidem eo lubentius suffragamur, cum Olympiodorus in fine fragmenti, Valentinianum Septennem Augustum dicat esse renunciatum. Factum vero illud est, prope praeterlapso A. C. 425. Cogitur igitur ex his, ipsum ante A. C. 419. natum non fuisse, Accedit aliud momentum, neque id contemnendum. Idatius in Chronico, Valentinianum aetatis suae XXXVI. necatum esse tradit. *Valentinianus A. C.* 455. *nefaria cecidit manu.* Ergo anno demum 419 lucem aspexit. Diem ejus natalem ex Polemii Sylvii laterculo apud Bollandum in *Praefat.* ad Vit. SS. Mens. Ianuar. stabilivit Anton. Pagius ad A. C. 418. n. 73. Ibi enim ad VI. Non. Iulias legitur: *VI. Nonas Julii Natalis genuinus Dn. Valentiniani.* Parum tamen placet hic calculus Benedict. Bachinio V. Cl. *in notis ad Agnelli Librum Pontifical. p.* 74. *Tom.* II. *Script. Rer. Italic. Muratorii*, Prosperumque secutus, statuit, Placidiam

regnum Occidentale administravit, nec est, quod quicquam de eo huc transferamus, cum plurimis monimentis sit ejus nomen celebratum. Tantis, vero, tot rebus gestis cum Constantius magis ac magis illustraretur, dignissimus Honorio visus est, qui Theodosio in Vicennalibus Consuli prodeunti A. C. 420. in Occidente Collega daretur (*u*). Ipse non mi-

diam Kal. Ianuar. A. C. 417. Constantio nubentem, decem & octo mensium spatio (tot enim intercedunt inter praedictam diem & secundum Iul. sive VI. Nonas Iulias 418. Valentiniani natalem) Honoriam primum, deinde Valentinianum parere potuisse. Cumque ille septimum tum egisse annum Olympiodoro dicatur, cum primum Augusti nomen usurpavit, A. nimirum C. 425. X. Kalend. Novembr. sive 23. Octobr. annum septimum completum aptius intelligi apud Olympiodorum censet. Verum ipse Agnellus, cujus tamen sententiam vir eruditissimus sibi defendendam sumpsit, eo nos adigit, ut Olympiodorum annum septimum minus completum in animo habuisse credamus. Ita enim Agnellus *Libr. Pontifical.* Part. I. in vita Ioannis τοῦ ἀγγελόπτου Cap. V. scribit: *Valentinianus, cum bis ternos annos & quatuor tempora anni essent, Divo Honorio, patruo suo, in imperium successit.* Agnellum vero imperii nomine Caesaream indicasse dignitatem, non item Augustale fastigium, Bachinius fortasse sibi soli persuasit, qui doctissimis alioquin observationibus, curaque paene anxia, scriptoris barbarie inquinatissimi, tenebras dispellit.

(*u*) Vide Antonium Pagium in Critica ad h. a. & Petrum Relandum in Fastis.

minus, quam Placidia, plurimum illo tempore au-ctoritate apud Honorium valebat, quem etiam invitum eo adegit, ut A. D. 421. simul cum uxore Augustali honore, puerulus vero Valentinianus Nobilissimi titulo ornaretur (*x*). Sed cum more institu-

(*x*) Olympiodorus *p.* 151. *ed. Venet.* Ὁ δὲ Κωνστάντιος συμβασιλεύει Ὁνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδὸν ἄκοντος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγοῦστα, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς, χειροτονησάντων. Εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὅς ἀδελφιδοῦς ὢν Ὁνωρίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν. Ἡ ἀνάῤῥησις μηνυομένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεκτος. *Constantius vero Honorii in Augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre & marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imp. electione nuntius mittitur, minimeque receptus est.* His fere consimilia enarrat Philostorgius Lib. XII. p. 550. Caesar Baronius *in Annal. ad A. C.* 423. Prosperum auctorem probans, Constantium eodem anno, quo Consul factus est, a Caesaris ad Augusti dignitatem putat aspirasse. Falso. Nam Constantius, quantum scimus, nunquam Caesaris nomen gessit, & anno tantum 421. idem & Augustus creatus est & decessit. Neque hic Idatius & Cassiodorus sunt audiendi. Quodsi A. C. 420. Augustus jam nuncupatus fuisset, leges, eo anno latae, procul dubio, ejus nomen praeferrent. Sed in Codice Theodosiano, si inscriptionem spectes, *Honorium* tantum & *Theodosium A. A.* deprehendes: sin subscriptionem, *Theodos.* IX. & *Constantio V. C. Coss.* Anno

tutoque majorum ejus imagines Constantinopolim mitterentur, a Theodosio minime sunt receptae. Quam quidem injuriam cum Constantius nullo modo ferendam putaret, sagum sumpsit, fortunamque belli statuit experiri (*y*). Sed vitae brevitas vetuit spes tam longas inchoare. Namque moerore, quem in-

no vero sequenti 421. quatuor occurrunt in Codice eodem Constitutiones, quarum inscriptio haec est: *Impp. Honorius & Theodosius & Constantius A. A. A.* Quod quidem luculento argumento est, illum hoc demum anno ad supremum illud fastigium pervenisse. *Vide Chronologiam Cod. Theodos.* Suffragatur nobis Theophanes *in Chronographia*, qui annum adeo & diem inaugurationis designat. Nam ad A. C. 413. secundum Computat. Alexandrinam, qui inchoatur Mense Septembr. A. C. 420. haec habet: Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασιλέυσεν πρὸ ἕξ εἰδῶν Φιβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσάρων νόνων Σεπτεμβρίου. *Hoc anno Constantius Valentiniani pater imperium obtinuit sexto Idus Februarias: quarto vero Nonas Septembris occisus est.* Ex his satis liquet Constantium VIII. die mensis Februar. 421, electum, jam II. die Mens. Septembr. fato fuisse functum. Igitur et Philostorgius, qui menses tantum sex ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus absolutum, siluisse dicendus est. Constat porro ex Olympiodoro, Placidiam cum Constantio demum Augustae nomine esse salutatam. Anton. Pagius *in Critica ad Baronii Annales A. C. 420. n. 2. seq.* Tillemontius *n. 46. ad Vitam Honorii.*

(*y*) Videatur Olympiodorus & Philostorgius *l. c. ad not. x.*

inde hauriebat, quod imperium suscepisset, adeo affligebatur, ut septimo imperii sui mense Ravennae de vitae discederet statione (*z*). Hic etsi tristi truculentoque adspectu omnia omnibus minari videbatur, illa tamen aetas neminem tulit lepore & urbanitate conditiorem. Nam tantum in conviviis sibi indulsit, ut, cum mimis, ad mensam ludentibus, certare, ne dedecori quidem sibi esse putaret. Neque quisquam eum vitae integritate, temperantia, moderatione anteivit. Quid autem de pecuniae despicientia commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, antequam Placidiam duceret, paene profunderet omnem (*a*). Sed cum uxor rei familiari diligentius servire institueret, adeo et ipse fervebat ferebaturque avaritia, ut plurimos per injuriam opibus exueret suis (*b*) Memoria vero Constantii duobus

(*z*) Idatius *in Chronico ad an.* 27. *Honorii. Constantius*, inquit, *Imperator, Ravennae moritur in suo tertio Consulatu.* Prosper Aquitanus *in Chronico, Agricola & Eustathio Coss.* Constantium dicit animam efflasse.

(*a*) Olympiodorus *p.* 148. Ην δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς - - - ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. *Erat ipse Constantius cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico - - - In coenis tamen atque symbolis, iucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderet.*

(*b*) Olympiodorus *p.* 152.

bus vetuſtis monumentis conſervatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Auguſtam Trevirorum eſt repertum. Albinga quidem, uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, ſupra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Conſtantius attribuit tum, cum in conſtituenda Liguria, a Gothis devaſtata, verſaretur. De quo nos quidem dubitare non ſinit carmen marmoreae tabulae inciſum, quae olim prope Pontem Longum, ubi idem Conſtantius Centam fluvium conjunxerat, ſpectata, Ferdinandi Ughelli tempore, a quo in *Italia Sacra in Epiſcop. Albigaunenſibus p.* 1261. *Tom.* IV. juris eſt publici facta, tanquam venerandae antiquitatis reliquiae, apud Comitem Octavium Coſtam, aſſervabatur. Verſus autem, qui ad Conſtantium noſtrum, non ad Conſtantini M. filium referri debent, hi ſunt:

Conſtanti virtus ſtudium victoria nomen
Dum recipit Gallos conſtituit Ligures
Moenibus ipſe locum duxitque recenti
Fundamentum ſolo curaque parta dedit
Cives tecta forum portus commercia porta
Conditor extructis aedibus inſtituit
Dumque refert orbem me primam protulit urbem
Nec renuit titulos limina noſtra loqui
Et rabidos contra fluctus genteſque nefandas
Conſtanti manum nominis appoſuit.

Al-

Alterum monumentum, quod e lapide Basilicae Paulinianae Treviris descriptum Christ. Browerus Annal. Trevirens. p. 283. in lucem protulit, hoc est:

H. IACET. FILIVS.
CONSTANTIVS. VIR.
CONSVLARIS. COMES. ET.
MAGISTER. VTRIVSQVE.
MILITIAE. ATQVE. PATRICIVS.
ET. SECVNDO. CONSVL. ORDINARIVS.

Fleetwood *in Syllog. Inscript. p.* 378. edidit Elius Constantius. Apte scienterque alii emendant, fastorum auctoritatem secuti, Fl. Constantius. Hunc lapidem ad Constantium pertinere nostrum, nihil dubitationis habet. Sed quisque paulo eruditior videt, maximam lapidis partem periisse. Nam illa, *hic jacet*, ad alium debent referri, cum Constantius, non in secundo sed post tertium Consulatum, quin acceptam Augusti dignitatem, de vita abierit.

tutoque majorum ejus imagines Conſtantinopolim mitterentur, a Theodoſio minime ſunt receptae. Quam quidem injuriam cum Conſtantius nullo modo ferendam putaret, ſagum ſumpſit, fortunamque belli ſtatuit experiri (*y*). Sed vitae brevitas vetuit ſpes tam longas inchoare. Namque moerore, quem in-

no vero ſequenti 421. quatuor occurrunt in Codice eodem Conſtitutiones, quarum inſcriptio haec eſt: *Impp. Honorius & Theodoſius & Conſtantius A. A. A.* Quod quidem luculento argumento eſt, illum hoc demum anno ad ſupremum illud faſtigium perveniſſe. *Vide Chronologiam Cod. Theodoſ.* Suffragatur nobis Theophanes *in Chronographia*, qui annum adeo & diem inaugurationis deſignat. Nam ad A. C. 413. ſecundum Computat. Alexandrinam, qui inchoatur Menſe Septembr. A. C. 420. haec habet: Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνςάντιος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασιλευσεν πρὸ ἓξ εἰδῶν Φεβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσάρων νώνων Σεπτεμβρίου. *Hoc anno Conſtantius Valentiniani pater imperium obtinuit ſexto Idus Februarias: quarto vero Nonas Septembris occiſus eſt.* Ex his ſatis liquet Conſtantium VIII. die menſis Februar. 421, electum, jam II. die Menſ. Septembr. fato fuiſſe functum. Igitur et Philoſtorgius, qui menſes tantum ſex ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus abſolutum, ſiluiſſe dicendus eſt. Conſtat porro ex Olympiodoro, Placidiam cum Conſtantio demum Auguſtae nomine eſſe ſalutatam. Anton. Pagius *in Critica ad Baronii Annales A. C. 420. n. 2. ſeq.* Tillemontius *n. 46. ad Vitam Honorii.*

(*y*) Videatur Olympiodorus & Philoſtorgius *l. c. ad not. x.*

ſinde hauriebat, quod imperium ſuſcepiſſet, adeo affligebatur, ut ſeptimo imperii ſui menſe Ravennae de vitae diſcederet ſtatione (*z*). Hic etſi triſti truculentoque adſpectu omnia omnibus minari videbatur, illa tamen aetas neminem tulit lepore & urbanitate conditiorem. Nam tantum in conviviis ſibi indulſit, ut, cum mimis, ad menſam ludentibus, certare, ne dedecori quidem ſibi eſſe putaret. Neque quisquam eum vitae integritate, temperantia, moderatione anteivit. Quid autem de pecuniae deſpicientia commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, antequam Placidiam duceret, paene profunderet omnem (*a*). Sed cum uxor rei familiari diligentius ſervire inſtitueret, adeo et ipſe fervebat ferebaturque avaritia, ut plurimos per injuriam opibus exueret ſuis (*b*) Memoria vero Conſtantii duobus

(*z*) Idatius *in Chronico ad an.* 27. *Honorii. Conſtantius*, inquit, *Imperator, Ravennae moritur in ſuo tertio Conſulatu.* Prosper Aquitanus *in Chronico, Agricola & Euſtathio Coſſ.* Conſtantium dicit animam efflaſſe.

(*a*) Olympiodorus *p.* 148. Ην δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς - - - ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. *Erat ipſe Conſtantius cum prodiret, ſubtriſti vultu ac tetrico - - - In coenis tamen atque ſymbolis, iucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad menſam ludentibus contenderet.*

(*b*) Olympiodorus *p.* 152.

bus vetustis monumentis conservatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Augustam Trevirorum est repertum. Albinga quidem, uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, supra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Constantius attribuit tum, cum in constituenda Liguria, a Gothis devastata, versaretur. De quo nos quidem dubitare non sinit carmen marmoreae tabulae incisum, quae olim prope Pontem Longum, ubi idem Constantius Centam fluvium conjunxerat, spectata, Ferdinandi Ughelli tempore, a quo in *Italia Sacra in Episcop. Albigaunensibus p.* 1261. *Tom.* IV. juris est publici facta, tanquam venerandae antiquitatis reliquiae, apud Comitem Octavium Costam, asservabatur. Versus autem, qui ad Constantium nostrum, non ad Constantini M. filium referri debent, hi sunt:

Constanti virtus studium victoria nomen
Dum recipit Gallos constituit Ligures
Moenibus ipse locum duxitque recenti
Fundamentum solo curaque parta dedit
Cives tecta forum portus commercia porta
Conditor extructis aedibus instituit
Dumque refert orbem me primam protulit urbem
Nec renuit titulos limina nostra loqui
Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
Constanti manum nominis apposuit.

Al-

Alterum monumentum, quod e lapide Basilicae Paulinianae Treviris descriptum Christ. Browerus Annal. Trevirens. p. 283. in lucem protulit, hoc est:

H. IACET. FILIVS.
CONSTANTIVS. VIR.
CONSVLARIS. COMES. ET.
MAGISTER. VTRIVSQVE.
MILITIAE. ATQVE. PATRICIVS.
ET. SECVNDO. CONSVL. ORDINARIVS.

Fleetwood *in Syllog. Inscript. p.* 378. edidit Elius Constantius. Apte scienterque alii emendant, fastorum auctoritatem secuti, Fl. Constantius. Hunc lapidem ad Constantium pertinere nostrum, nihil dubitationis habet. Sed quisque paulo eruditior videt, maximam lapidis partem periisse. Nam illa, *hic jacet*, ad alium debent referri, cum Constantius, non in secundo sed post tertium Consulatum, quin acceptam Augusti dignitatem, de vita abierit.

DISSERTATIO SECUNDA

DE

GALLA PLACIDIA AUGUSTA.

I.

Quam pulcre Galla Placidia fortunam vel ſecundam tulerit, vel, quod difficilius putatur, adverſam, quibusque adeo artibus admirabilem ſeſe praebuerit omni, quae futura eſt, poſteritati, in priori commentatione ſatis dilucide ſatisque copioſe, niſi amore mei decipior, memini me explicare. Quae etſi alicui illorum, qui ne nomen quidem Placidiae unquam ſermone uſurparunt, ſatis, et plus forte, quam ſatis, dicta videantur: tamen mihi non committendum putavi, ut quidquam illorum, quae ad Placidiae nomen illuſtrandum pertinerent, reliqui feciſſe exiſtimarer.

I I

Galla igitur Placidia, Conſtantio, marito, morte de medio ſublato, quod reliquum erat vitae, apud

Ho-

Honorium sibi transigendum duxit. At ille, quod dicere fere pudet, tantum sibi in Placidiae amore indulsit, ut ardentius illam frequentiusque, ac fratrem decebat, osculando, perdite multis amare videretur. Sed idem ille amor, quamquam erat multo flagrantissimus, tamen brevi, ut fit, in summum evasit odium. Nam Spadusa, atque Elpidia, Placidiae nutrix, quae plurimum tum gratia poterat, Leonteo, Augustae curatore, auctoritatem adjungente suam, tantos discordiae motus Ravennae excitarunt, ut res primum ad seditionem, deinde ad vim spectare videretur. Gothi certe, qui tum adhuc Placidiae causa omnia volebant, ut erant ingeniis turbulentis, cum Romanis identidem sunt digladiati (*a*). Nec desunt, quibus tum Placidia dicitur et insidias Honorio tetendisse et barbarorum copias, tanquam futuras sibi auxiliatrices, advocasse (*b*). Cum vero Honorius superior factus, principatum suum obtineret, Placidiam *Asclepiodoto et Mariniano Coss.* *A. C.*

(*a*) Olympiodorus *in Eclogis Historiarum p.* 152. *ed. Venet.*

(*b*) Prosper Aquitanus *in Chronico An. Honorii* XXXI. *Placidia*, inquit, *cum insidias fratri tenderet, deprehensa est, & Constantinopolim exilio delegata.* Cassiodor. *in Chronico Asclepiodoto & Mariniano Coss. His Coss.* inquit, *Placidia Aug. a fratre Honorio ob suspicionem invitatorum hostium, cum Honoria & Valentiniano, filiis, ad Orientem mittitur.* Olympiodorus *l. c.*

A. C. 423. una cum liberis Ravenna Constantinopolim ad Theodosium facessere jussit.

III.

Huc ut pervenit, aedes sibi in Regione X, quas *Vetus Urbis Constantinopolitanae descriptio* Domum Placidiae Aug. appellat, magnificas apprimeque lautas excitandas curavit (*c*). Quibus quidem illa nunquam fastigium imposuisset, nisi Bonifacius, Africae (*d*) Comes, qui multum ejus voluntati obsequebatur, quae ad cultum splendoremque pertinerent, suppeditasset. Eodem anno, cum Honorius de-

(*c*) Auctor *Chronici Paschalis p.* 243. *ed. Venet.* & *p.* 304. *ed. Paris.* Κτίζει τὸν οἶκον τῆς Πλακιδίας. Hujus domus & Socrates *Lib.* VI. *c.* 14. mentionem injicit, & Nicephorus Callistus *Lib.* XIII. *c.* 15. Postea videtur Romanis Pontificibus concessa, in quam vel ipsi diverterent, si Constantinopolim adirent, vel, quos mitterent, Apocrisiarii; quod quidem accurate probat Carolus du Fresnius in Constantinopoli Christiana *Lib.* II. *c.* 6.

(*d*) Olympiodorus *l. c.* hunc inprimis Bonifacium a Placidia stetisse, illique opes, ex Africae provinciis exactas, suffecisse refert. Imo Bonifacius A. C. 422. in Placidiae gratiam Africam videtur occupasse. Idatius enim *in Chronico ad An.* XXVIII. Honorii scribit: *Bonifacius palatium deserens Africam invadit.* Placidia enim sperabat, fore, ut, Africa a se occupata, frater in gratiam rediret. Verum, ne sic quidem, quod voluit, impetravit.

debitum naturae redderet, Ioannes, Primicerius Notariorum, quam fibi, abfente cum filio Placidia, opinionis errore finxerat principatum, ftabiliendum putavit (*e*). Sed Theodofius II. Placidiae ejusque filio, quibuscunque rebus potuit, fuit adjumento. Itaque et ipfa et liberi A. C. 424. *Caftino et Victore Coff.* iter in Occidentem cum exercitu inftituerunt (*f*), iterumque, Theodofio auctore, Placidia, Auguftae, Valentinianus, Nobiliffimi nomen, affumpfit (*g*). Cum vero Theffalonicam acceffferunt, Helion, officiorum Magifter, Theodofii juffu, Valentinianum Caefarea vefte ornavit, Ardaburio, Magiftro militum, cum Afpare filio, et Candidiano aciem

(*e*) Olympiodorus *l. c.* Marcellinus & Caffiodor. *in Chronicis.* Socrates *Lib.* VII. *c.* 23. Theophanes *in Chronographia p.* 58. *ed. Venet.* & *p.* 72. 73. *ed. Parif.* Renatus Profuturus Frigeridus *apud Gregorium Turonenfem Lib.* II. *c.* 8. Philoftorgius *Lib.* XII. *p.* 550. *ed. Reading.* Paullus Diaconus *Lib.* XIV. *p.* 93. *Ioannem, quendam ex imperialibus fcriptoribus fuiffe, fcribit.* Iornandes *de Regnorum Succeffione p.* 239. *Tom.* I. *Script. Rer. Ital. Muratorii.*

(*f*) Olympiodorus *faepius c. l.*

(*g*) Idem l. c. Placidia quidem A. C. 421. ut fupra docuimus, ita Auguftae, ut Valentinianus Nobiliffimi titulo, erat infignita. At id five infciente Theodofio, five invito, factum dixerim. Quare hoc demum tempore ipfe & matrem & filium tanto honore voluit effe ornatos.

ciem inſtruentibus adverſus Ioannem (*h*). Ardaburius vero, dum milites navibus in Italiam transportat, ipſe vento adverſum tenente, in tyranni manus compellitur. Interim Aſpar, qui equeſtribus copiis praeerat, Placidiamque et Valentinianum ſecum ducebat, opinione citius Aquileiam occupavit. Nec minore felicitate in aliis urbibus capiendis uſus eſt Candidianus. Iam igitur luctus, in quem et Auguſta et Caeſar ob Ardaburii captivitatem inciderant, victoria diſpellebatur. Neque vero Aſpar ſatis habuit, Aquileiam cepiſſe, ſed ſtatuit etiam, cum Ioanne praelio eſſe decernendum. In quo quidem id longe laetiſſimum accidit, quod Ioannes ipſe ſuorum perfidia Aſpari traditus, ad Placidiam et Valentinianus Aquileiam ducebatur, ubi dextra primum manu, deinde capite eſt truncatus (*i*). Sic, Placidia

(*h*) Socrates *Lib.* VII. *c.* 24. Olympiodorus *l. c.* Philoſtorgius *Lib.* XII. *p.* 550. *ed. cit.* Iacobus Gothofredus *in Commentario ad Leg.* 47. *Cod. Theodoſ. de Epiſcopis.*

(*i*) Olympiodorus *in fine operis.* Philoſtorgius *Lib.* XII. *p.* 550. 551. Socrates *Lib.* VI. *c.* 23. cujus tamen narratio non nihil anilis fabulae admixtum habet. Idatius *in Chronico*, *Ioannes*, inquit, *a Ducibus Theodoſii apud Ravennam primo anno invaſae tyrannidos occiditur.* Quae quidem longiſſime abſunt a Philoſtorgii narratione, qui Ioannem Aquileiam ductum eſſe refert, ibique ſupplicio affectum. Neque veritati conſentaneum puto, primo ty-

dia et Valentinianus fracto jacentique tyranno, Ravennam intrarunt. Helion vero, officiorum Magister et Patricius, Romae Valentinianum, septennem, purpura induit, renuntiavitque Augustum. *Theodosio* XI. *et Valentiniano Caes. Coss. A. C.* 425. *d.* XXIII. *mensis Octobris* (*k*). Cumque Valentinianus

tyrannidis anno illum interiisse. Nam cum jam exeunte A. C 423. tantos sibi spiritus sumsisset A. demum C. 425. pretium tulit, arrogantia sua dignum. Vid. Antonius Pagius *in Critica in Baronii Annales ad A. C.* 425. *n.* 4. Procopius *de bello Vandalico Lib.* I. *c.* 3. ait: *Ioannem, amputata manu, asello in circo Aquileiensi vectum, multasque indignitates ab histrionibus perpessum, sic demum vita privatum esse.* Idem praeterea de Ioannis prudentia, humanitate, temperantia magnifice sentit, cujus postea vestigiis institit Suidas in voce: Ἰωάννης. Sed in eo debet castigari, quod Ioannem per quinquennium dicit potestatem suam exercuisse. Antonius quidem Pagius, cum Suidas etiam de quinquennali taceat, hoc, velut quandam laciniam, ab inepta manu assutam putat. Verum culpam Procopii non praestarim. Nam paulo post pari modo hallucinatus, Ardaburium, quem Asparis patrem dicere debuisset, Asparis filium appellat. Consule etiam Theophanem *in Chronographia p.* 58. *ed. Venet*, qui, quicquid de his rebus differit, Socrati sublegit.

(*k*) Philostorgius *l. c.* Olympiodorus *in fine fragmenti.* Auctor *Chronici Paschalis Theodosio Aug.* XI. *et Valentiniano Caes. Coss. p.* 250. *ed. Venet. et* 314. *ed. Paris.* Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐπήρθη ὑπὸ Θεοδοσίου, Νέου

Αυ-

nus nondum ea eſſet aetate, ut ipſe imperare poſſet, ſumma rerum omnium ad Placidiam rediit, cui quidem nihil antiquius fuit, quam ut regnum, non mediocriter convulſum, ad priſtinum florem revocaret (*l*).

IV.

Sed Placidia probe intelligebat, tantas res, niſi Aetium ſibi conciliaſſet, minus proſpere ſucceſſuras. Viderat enim perpaucos illa aetas, quos vel rei militaris peritia, vel diuturno praeliorum uſu contendere cum Aetio potuiſſet. Tum quidem ille, curam palatii in Ioannis aula gerens, cum ingenti auri ponde-re

Αυγούστου Θυαλεντινιανὸς Νέος Αυγουστος μηνὶ ὑπερβερεταίῳ, πρὸ ί Καλανδῶν Νοεμβρίων. *His Coſſ. Valentinianus Iun. levatus eſt Auguſtus a Theodoſio Iun. Auguſto menſe hyperberetaeo* X. *Kalend. Novembr.* Socrates *Libr.* VII. *c.* 25. ait, Auguſtam Valentiniani nuncupationem Conſtantinopoli X. Kalend. Novembr. nuntiatam eſſe. Henricus Valeſius ad h. l. ne fidem Socratis minuiſſe videatur, eo quidem die nuntium Conſtantinopolim allatum, verum ob idipſum nuncupationem ante aliquot dies peractam fuiſſe arbitratur. Sed hunc in viam reduxit Anton. Pagius *in Critic. ad A. C.* 425. *n.* 5. Neque minus falluntur Marcellinus *in Chronico* et Iornandes *de Regnorum Succeſſione p.* 497. dum Valentinianum Ravennae Auguſti dignitate decoratum dicunt. Alia omnia ſcimus ex Olympiodoro, Philoſtorgio, Proſpero Aquitano et Idatio.

(*l*) Socrates *Lib.* VII. *c.* 24. Τῇ μητρὶ αὐτοῦ Πλακιδίᾳ τῶν

re ad Hunnos erat profectus, hos ut ad ſuppetias ferendas ſollicitaret. Is, cum neque munera deerant, neque familiaris cum Hunnis conſuetudo: qua tum fuerat uſus, cum obſidis loco apud eos retineretur: is igitur, ut ſexaginta Hunnorum millia in Italiam confluerent, nullo fere negotio impetravit. His cum Aſparis exercitus obviam iret, facta eſt utrinque maxima caedes. Sed Aetius de Ioannis morte certior factus, ſatius putavit, pace reſtituta, Placidiae et Valentiniani gratiam aucupari, quam diutius belli periclitari fortunam. Itaque ſpem apud Auguſtam iniens, futurum, ut, ſi barbari, quos ſedibus ſuis exciverat, ſtudio operaque ſua ad Lares redirent, Comitis dignitate ornaretur: in eo omnes induſtriae nervos contendit, ut Hunnos mercenarios, auro liberaliter donatos, obſidibus datis, in ſuos verteret fines (*m*). Sed idem ille Aetius ſive, quod nimia aemu-

τὴν φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπιτρέψας, *Matri ipſius Placidiae rerum adminiſtrationem committens.* Sozomenus *Libr.* IX. *c.* 6. Conſtantius *in Vita S. Germani Lib.* II. *c.* 13. *apud Surium d.* 30. *Iul.*

(*m*) Philoſtorgius *Lib.* XII. *in fine.* Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 425. *Data*, inquit, *venia Aetio, Hunni, quos per ipſum Ioannes exciverat, ejusdem ſtudio ad propria reverſi ſunt.* Caſſiodor. *in Chronico* Paullus Diaconus *Lib.* XIV. *pag.* 93. *Tom.* I. *Script. Rer. Italic. Muratorii* et Frigeridus *apud Gregorium Turonenſem Lib.* II. *c.* 8.

aemulatione efferebatur, sive, quod impotenti regnandi libidine flagrabat, maximum Occidenti attulit detrimentum. Placidia, uti jam supra docuimus, neque in secundis rebus, neque in adversis, quem fidei perpetuitate Bonifacio aequaret, habuerat quemquam. Illum igitur, divinitus de se et meritum quondam, et merentem adhuc, omni Africae voluit praeesse (*n*). Sed viri hujus tam integri tamque praeclari existimatio ab aemulo Aetio in summum vocabatur discrimen. Latius hanc rem edisserit Procopius (*o*). Nos pressius illam exponemus. Aetius etsi vehementer dolebat, Bonifacium Africae, ex qua Roma Italiaque annonam petebat, praeesse: tamen initio sub persona sibi vivendum, blanditiisque utendum putavit. Absentem vero Bonifacium, tanquam regnandi cupidiorem, apud Placidiam, quoquo modo potuit, in suspicionem adduxit (*p*). Cui cri-

(*n*) Multus in Bonifacii laudibus est Olympiodorus *p.* 152. *edit. Venet.*

(*o*) Procopius *de bello Vandalico Lib.* I. *c.* 3. Cui, velim, jungas Theophanem *in Chronographia p.* 64. 65. *ed. Venet.* Paullum Diaconum *Lib.* XIV. *p.* 94. Anton. Pagium *in Critica ad A. C.* 427. Ruinart. *in Historia persecut. Vandalicae. cap.* III. *p.* 201. *ed. Venet.*

(*p*) His tantis calumniis tum Bonifacius occasionem dedisse videtur, cum jussu Augusti ad Vandalos in Hispaniam proficiscens, uxorem sibi inde reduceret, Regi Vandalorum cognatione conjunctam. Moleste id fert Augusti-

criminationi quo major fides haberetur, addit, Bonifacium, ne revocatum quidem, ex Africa rediturum. At callidissimus homo his jam praeverterat, clanculum Bonifacium monendo, caveret, nisi de se actum vellet, tam subitae revocationi obsequeretur. Quae cum ille non de nihilo esse putaret, vocantibus negavit, se, vel Placidiae, vel Valentiniano, morem esse gesturum. His Augusta perceptis, Aetium sibi tam credidit fidum, quam Bonifacium suspectum. Sed hic, Placidiae et Valentiniani viribus cum se haud parem sentiret, Gundaricum et Gensericum, strenuos Vandalorum duces, in Africam ad se defendendum, ac deinde provinciam inter se dispertiendam vocavit. Gundaricus vero etsi A. C. 428. capta Hispali, Hispaniae civitate, vitam cum morte commutabat (*q*): tamen Gensericus, ejus frater, quo nemo plus contulit ad Occidentalis regni internecionem, A. C. 429. *Felice et Tauro Coss.* cum omni Vandalorum turba, mense Majo, (*r*) relictis Hispaniis, in Africam trajecit. Placidia vero, post-ea-

stinus *Epist.* 220, *n.* 4. Tali modo Aetius Placidiae sine ullo negotio persuadere potuit, Bonifacium adversus Imperium Romanum monstri nonnihil alere. Vid. Idatius *ad an. I. Valentin.* et Baronius *in Annal. A. C.* 425. *n.* 2.

(*q*) Probavit hoc Anton. Pagius ex Idatio *in Critica ad Baronii Annales A. C.* 428. *n.* 2.

(*r*) Cum irruptio Vandalorum mense Majo facta sit, ad A. C. 429. auctoritate *Legum Codicis Theodosiani* de-bet

eaquam integritas Bonifacii innocentiaque claris argumentis luxisset, ut tantum belli incendium restingueretur, curam adhibuit omnem. Hac mente Darium

bet referri. Valentinianus enim ad Celerem Afr. Proconsul. V. Kal. Maj. post Consul. Felicis et Tauri A. C. 429. quatuor dedit Constitutiones *L.* 34 *de annon. et tribut. L.* 68. *de appellat. L.* 185. *et* 186. *de decurionibus.* Quodsi jam superiori anno Africam a Vandalis crederemus vastatam, nullum esset dubium, quin Valentinianus in his legibus aliquam ejus rei fecisset mentionem. Certe beneficia his legibus propterea dixisset tributa, quod Afri, quamvis plurimas calamitates perpessi, fidem tamen, sibi debitam, praestitissent. Imo Valentinianus ne ferre quidem leges, impressione facta, potuit. Afri enim non legibus, quae siluissent inter arma, sed auxilio forti indigebant. Hinc, cum post mensem Aprilem A. C. 429. nulla amplius extet in Codice Theodosiano Constitutio, quae Afrorum causa data videretur, praeter *L.* 33. *de Susceptionibus A. C.* 430. *emissam in Byzacenae provinciae gratiam*, clarissime patet, Vandalos ante Mensem Majum neque Africam esse ingressos, neque Provinciam Byzancenam ante A. C. 430. sub jugum misisse. Confirmat ea, quae diximus, Idatius *in Chronico ad an.* V. *Valentiniani*, qui incidit in A. C. 429. *Gaisericus*, inquit, *Rex de Baeticae provinciae litore cum Vandalis omnibus, eorumque familiis, mense Majo ad Mauritaniam et Africam relictis transiit Hispanis.* Consule *notata. ad L.* 185. *Cod. Theodosiani de Decurionibus* et Anton. Pagium *in Critica ad A. C.* 428. *n.* 4. *seqq.*

rium (*s*) ad Bonifacium misit, qui etsi cum Vandalis arctissimo societatis vinculo continebatur: tamen iis, quantum in se fuit, et blanditiis additis et promissis, ut solum Africanum verterent, auctorem esse consuasoremque, nullus dubitavit. Sed surdo, ut aiunt, narravit fabulam. Quin arma capientes, tantam Romanorum stragem edidere, ut Bonifacius Hipponem, in maritimum munitumque Numidiae locum, confugere sit coactus.

V.

Sequenti anno 430. *Theodosio Aug.* XIII. *et Valentiniano Aug.* III. *Coss.* Vandali Hipponem obsidione cinxerunt. S. Augustinus, (*t*) qui tum hac ipsa urbe continebatur, inter maximos armorum strepitus e vita migravit. Sed Vandali, cum urbem neque vi neque conditione in potestatem redigere suam possent, veriti, ne fame conficerentur, ab obsidione destiterunt. Interim Vandali omnem Africam, praeter tres civitates, Carthaginem, Cirtam, Hipponem, occuparant. Theodosius vero II. cum id minime ferendum putaret, misit *Basso et Antiocho Coss. A. C.* 431. Asparem, virum bellicis laudi-

(*s*) Hunc, ob operam praeclare navatam, singulari laude dignum censuit Augustinus *Ep.* 229.

(*t*) Possidius *in vita Augustini c.* XXIX.

dibus abundantem, qui Africae, quoad ejus fieri posset, suppetias ferret. Bonifacius ceterique Romani, qui in Africa versabantur, auxiliis acceptis, tanquam respirarunt, nec quidquam minus, quam certamen cum barbaris, differendum existimarunt. Initur praelium: sed iniquissima Romani fortuna utuntur. Nam pars exercitus deleta penitus, pars in servitutem abducta est. Aspar, diutius sibi in Africa non commorandum ratus, summa cum tristitia Constantinopolim revertit (*u*). At Bonifacius, cujus voluntas Placidiae jam videbatur esse reconciliata, pertenui aut nulla potius spe conservandae Africae relicta, sequenti anno *Aetio et Valerio Coss.* est in Italiam revocatus (*x*). Nam cum Aetius plus justo sibi assumere videretur, neque esset quisquam, qui tantos ei spiritus reprimeret: Placidia unum Bonifacium, quem et ea, qua Aetius exsplenduerat, Magistri militum dignitate ornaret, et ipsi

(*u*) Procopius *de bello Vandalico Lib.* I. *c.* 3. Auctor *historiae Miscellae p.* 94. *Tom.* I. *Script. Rer. Ital. Muratorii.* Haec vero A. C. 431. accidisse omnia, probavit Caesar Baronius *ex Actis Concil. Ephesini in Annal. ad an. cit. n.* 129.

(*x*) Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 432. *Bonifacius*, inquit, *ab Africa in Italiam vertit.* Idatius *in Chronico ad Annum* VIII. *Valentiniani A. C.* 432. ait: *Bonifacius, in aemulationem Aetii de Africa per Placidiam evocatus in Italiam ad Palatium redit.*

ipſi adeo homini arroganti opponeret, dignum judicavit. Aetius, qui multum apud exercitum, neque minus apud Hunnos, gratia florebat, quidvis potius, quam hanc injuriam, ſibi duxit perpetiendum. Tali modo cum acerrime congrederentur, Aetius quidem inferior ad Hunnos diſceſſit, at Bonifacius tantum reportavit vulnus, ut paucis poſt diebus anima eſſet reddenda (*y*). Et quamquam Sebaſtianus, Bonifacii gener, in ejus locum ſuccedebat, tamen verſatiſſimus ille Aetius tam ſapienter inſerviit ſcenae, ut ipſe A. C. 433 (*z*). *Theodoſio Aug*. XIV. *et Ancio Maximo Coſſ.* priſtinam recuperaret dignitatem, Sebaſtiano quidem, inſequenti anno, in exilium eunte (*a*).

VI.

Eo tempore Galla Placidia ex perditis Honoriae, fillae, moribus vulnus graviſſimum accepit. Etenim illa, uti in priori Disputatione latius demonſtra-

(*y*) Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 432. uberius haec exponit. Idatius *in Chron. an.* VIII. *Valentiniani.*

(*z*) Idatius *ad an.* IX. *Valentin. A. C.* 433. *Aetius*, inquit, *dux utriusque militiae Patricius appellatur.*

(*a*) Idatius *ad an.* X. *Valentin. A. C.* 434. *Sebaſtianus*, inquit, *exul et profugus effectus navigat ad palatium Orientis.*

ſtravimus, et Attilam adverſus Italiam concitarat, et ipſa Eugenio, virginitatem eripiendi, praebuerat occaſionem. Anno autem 435. Placidiam oportuit iniquam cum Vandalis pacem inire. Nam et Hippo, quam diximus, et loca omnia, quae ceperant, in barbarorum imperium ditionemque ceciderunt (*b*) Quamquam vero triumphi (*c*) de Burgundis ſuperatis acti, animum aliquantum excitabant, tamen non ſine indignatione audiebat, Genſericum etiam tum, purioribus ſacris imbutos, crudeliſſime divexare (*d*). Eodem Placidia tempore, quo Valentinianus Aug. *Aetio et Sigisvulto Coſſ. A. C.* 437. in Quindecennalibus Caeſareis Conſtantinopolim erat profectus, ut Eudociam, Theodoſii filiam, tanquam uxorem, Ravennam duceret, imperium Occidentis (*e*) adminiſtravit. A. C. 439. Gal-

(*b*) Prosper Aquitanus *in Chronico ad A. C.* 435. *Pax*, inquit, *facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per Frigetium in loco Africae Hippone* III. *Id Februar.* Caſſiodor. *in Chronico Theodoſ.* XV. *et Valent.* IV. *Coſſ. His Coſſ.* inquit, *pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum Africae portione.*

(*c*) Idatius *ad an. Valentiniani* XII. *et* XIII.

(*d*) Initium perſecutionis Vandalicae incidit in an. 437. Prosper Aquitanus *in Chronico.* Caeſar Baronius *in Annal.* et Antou. Pagius *in Critica an. cit.*

(*e*) Prosper Aquitanus, Marcellinus et Caſſiodor. *in Chronicis.* Auctor *Chronici Paſchalis an. cit.* Socrates *Lib*

Galliam vidit a Bagaudis, Gothis, Hunnis (*f*) vastari, cumque Vandali jusjurandum violarent, Carthaginem, Romae aemulam, funditus delevit (*g*). Sed adulto jam filio, Valentiniano Aug. ſepoſitis imperii curis, animae tantum curam habuiſſe videtur. Ac ſi quid poſtea egit, omnem tamen induſtriam, ad templa ornanda, conſervandamque religionis veritatem, revocandam putavit. Etenim ſi in quaquam alia, certe in hac rari exempli femina, puriſſimae pietatis ſtudium enituit; id quod numismatis quibusdam poteſt demonſtrari. Eminentiſſimus Baronius (*h*) numum protulit aureum, in quo nota labari humero ejus dextro inſcripta, additis verbis: DN. GALLA PLACIDIA PF AUG. in altera parte victoria cernitur, dextra tenens crucem longiorem, hac epigraphe: VOT. XX MULT. XXX et infra CONOB.

Lib. VII. *c.* 44. Anton. Pagius *in Critica an. cit. n.* 3. *Chronicon Codic. Theodoſ. an. cit.*

(*f*) Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 437. *n.* 5. *et A. C.* 439. *n.* 5. 7.

(*g*) Prosper Aquitanus et Marcellinus *in Chronicis an. cit.* Anton. Pagius *in Critica an. cit. n.* 8.

(*h*) Baronius *in Annal. A.C.* 449. *n.* 166. Carolus vero du Fresnius *in Famil. Byzant. p.* 52. 53. *ed. Venet.* numum a priori diverſum, in laudem pudicitiae Placidiae cuſum, aeri incidendum curavit. Apparet enim typus pudicitiae, velum capiti admoventis, ſiniſtraque tenentis haſtile, his aſcriptis verbis: PUDICITIA AUG. infra S. C.

O

NOB. ad latera R. V. Ita consenuit, annoque 451. *Sporatio et Herculano Coss.* variis agitata casibus, Romae acquievit (*i*). Corpus Ravennam translatum, in ecclesia S. Nazarii sepultum est (*k*).

VI.

(*i*) Baronius *in Annal. Ecclesiast. ad A. C.* 449. *n.* 166. Placidiam, statuit, anno 449. e vita migrasse. Sed ne auctorem quidem hujus sententiae laudat. Anton. Pagius *in Critica ad A. C.* 449. *n.* 20. Placidiam anno 450. decessisse contendit, propterea, quod Prosper Aquitanus *in Chronico Valentiniano* VIII. *et Avieno Coss. A. C.* 450. ait: *Placidia defuncta est quinto Kalend. Decembris.* Verum cum Baronius *ad A. C.* 425. *n.* 4. numum exhibeat, in cujus altera parte Placidia Aug. cernitur, dextra erigens Italiam, sinistra crucem gestans, addita epigraphe: VOT. XXX. MULT. XXXX. argumento id clarissimo esse debet, illam vota tricennalia Caesarei imperii cum filio celebrasse, quae incidunt in A. C. 451. quo anno insignem ab Attila victoriam e campis Catalaunicis reportarunt. Hinc lucem capit numus, in quo Italia erigitur. Quare Placidia A. C. 452. demum vita est defuncta, id quod vel maxime probat Idatius *in Chronico ad an.* XXVIII. *Valentiniani, qui in A. C.* 452. *incidit. Valentiniani* inquit, *mater Placidia moritur apud Romam.* Diem mortis servavit Agnellus *Libro Pontifical. Part. I, in vit. Ioannis τοῦ ἀγγελόπτου cap.* VI. *Galla vero*, inquit, *non vidit necem filii, quia antea Romae obiit* V. *Kalend. Decembr.*

(*k*) Agnellus *l. c. Sepulta est*, inquit, *Galla in monasterio S. Nazarii, ut ajunt multi, ante altarium infra cancellos, qui fuerint aerei, et qui nunc esse lapidei videntur.*

VI.

Sed, age, omnem ut hiſtoriam Placidiae melius animo complectaris, in fine libelli Genealogiam Valentiniani M. emendemus, factam illam quidem a S. Nicephoro *in Chronographia Compendiaria*, ſed ita in mendo cubantem, ut medicas exſpectare manus magnopere videatur. Ecce vero illam, uti extat *p.* 322. *ed. Venet. inter Scriptor. Byzant.*

Γενεα-

tur. Ex hoc diligentiſſimus Rerum Ravennatenſium ſcriptor, Hieronymus Rubeus haud dubie illa hauſit, quae de Placidiae monumento ſcripta reliquit.

Γενεαλογια Ουαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου.

Ουτος γεννᾷ.

ΓΡΑΤΙΑΝΟΝ *βασιλέα.*

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΝ *βασιλέα, ἐξ οὗ*

ΓΑΛΛΑΝ *γυναῖκα Θεοδωσίου τοῦ μεγάλου. Τούτου ἑτέρα γυνὴ Πλακιδία, ἐξ ὧν.*

ΠΛΑΚΙΔΙΑ *γυνὴ Κωνςαντίου, ἐξ ὧν.*

καὶ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ *ὁ βασιλεὺς ἐν Ρώμῃ.*

ΑΡΚΑΔΙΟΣ *ἐξ οὗ*

Καὶ ΟΝΟΡΙΟΣ *ἐξ οὗ*

ΠΛΑΚΙΔΙΑ *γυνὴ Ολυβρίου.*

Καὶ ΕΥΔΟΚΙΑ *ἣν ἔλαβεν Ονόριχος ὑιὸς Γιζερίχου ῥηγὸς Ουανδαλῶν.*

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ *ὁ μικρὸς, ἐξ οὗ*

ΠΟΥΛΧΕΡΙΑ ΠΛΑΚΙΔΙΑ ΕΥΔΟΚΙΑ.

ΕΥΔΟΚΙΑ *γυνὴ Ουαλεντινιανοῦ. Ουτος Ουαλεντινιανὸς ἐξάδελφος ὢν Θεοδοσίου τοῦ νέου ἔλαβε γυναῖκα (θυγατέρα) ἀυτοῦ Ευδοκίαν, ἣν αἰχμαλωτίζει Γηζέριχος ὁ τῶν Ουανδαλῶν ῥήξ.*

Legitur etiam haec Genealogia, in latinum converſa ſermonem, apud Anaſtaſium *in Hiſtoria, pag. 6. Edit. Venet.* quae tamen ita reſtituenda eſt.

Genea-

Genealogia Valentiniani Magni.

Hic genuit

GRATIANUM *Aug.* hic liberos non suscepit.	VALENTINIANUM *Aug.* sine liberis hic obiit,	IUSTAM. caelebs fuit.	GRATAM. caelebs fuit:	GALLAM quae nupsit Theodosio M. cujus prior uxor fuit *Flaccilla*. Ex quibus.

ARCADIUS *A.* *Orientis*. Flaccillae filius	HONORIUS *A. Occidentis*, Flaccillae filius. Ex *Maria* et *Thermantia* Stiliconis filiabus liberos non suscepit.	GALLA PLACIDIA. Gallae filia. Uxor Constantii. Ex his.

Ex Arcadio:

THEODOSIUS *Iun.* Orientis Aug. — EUDOCIA nupsit Valentiniano III.	FLACCILLA. virgo obiit.	PULCHERIA. *Marciano*, *Aug.* nupsit.	ARCADIA et MARINA quae obierunt virgines.

Ex Galla Placidia:

VALENTINIANUS III. Occidentis Aug. Hic Valentinianus Theodosii Jun. consobrinus filiam ejus *Eudociam* duxit uxorem, quam captivam abduxit Gizerichus Wandalorum Rex	HONORIA ab Eugenio stuprata.

Ex Valentiniano III:

EUDOCIA. f. *Eudoxia*. a Maximo Tyranno uxor data filio *Palladio Caesari*. Sed utroque caeso, a Genserico siv. Gizericho abducta in Africam, et *Hunerico* primo genito filio collocata.	PLACIDIA, cum matre et sorore in Africam ducta a Genserico. Verum cum matre Constantinopolin remissa nupsit *Olybrio*.

DISSERTATIO

DE

ANTIPHONTE,

ORATORE ATTICO.

I.

Cum me ad Oratores Atticos legendos contulissem, ut inde et nativum sermonis Attici leporem cognoscerem, et juris Attici, a quo tanquam fonte Romanorum Jus Civile fluxisse constat, notitiam haurirem, non poteram hujus lectionis exordium rectius capere, quam ab Antiphonte Rhamnusio, quem Hermogenes *de Formis Oration.* *L.* II. *p.* 498. Suidas v. Μοχθηρὸς, aliique Grammatici vocant decem Oratorum Atticorum antiquissimum. Cumque scirem, quantum referat ad scriptorem bene intelligendum, nosse ejus vitam, mores, instituta, res gestas, ingenii monumenta, et alia ejus generis, quidquid ullo modo ad Antiphontem pertineret, diligenter quaerere institui. Congestis omnibus, et ad severius

rius examen revocatis, animadverti, hujus Oratoris historiam multis difficultatibus impediri, quas non omnes superarint duo excellenti ingenio et doctrina Viri, qui ante nos in Antiphontis historia illustranda egregiam operam collocarunt, Joan. Jonsius *de Scriptoribus Hist. Philosoph. p.* 256. et Joan. Taylorus *Lection. Lysiacar. C.* VII. Acuente deinde, ut fieri solet, ipsa difficultate industriam, digna materia visa est, in qua explicanda, quamvis tenues, necdum maturitatem assecutas, ingenii vires, adolescens sedecim annorum periclitarer; praesertim cum Praeceptor meus nunquam satis laudandus, David Ruhnkenius V. C. a quo uno, quidquid sum, in hocce studiorum genere me totum profectum esse, gratus fateor, pro singulari sua in me benivolentia, varia mihi ad Antiphontem pertinentia ex insigni ineditorum librorum apparatu suppeditaret. Antiphontis igitur historiam ita enarrabimus, ut primum videamus, quantus Orator fuerit, tum qualem se in republica administranda praebuerit, denique quae ingenii monumenta ad posteritatem transmiserit. Quibus explicatis, de aliis etiam Antiphontibus, qui vulgo cum Antiphonte Rhamnusio confundi solent, dicemus.

Natus est Antiphon Rhamnusius Athenis patre Sophilo Olymp. LXXV. 1. vel 2. in quos ipsos annos incidit bellum, quod Xerxes magno damno suo intulit Graeciae. Hoc Antiphontis natale tempus, quamvis paulo laxius, tradunt Photius *Biblioth. Cod.*

 CCCIX.

CCCIX. et Pſeudo-Plutarchus *in vita* X. *Rhetorum* p. 832 d. e.: quorum ſententiam, temporum rationibus congruentem, ſequi non dubitamus. Eandem merito ſecutus eſt eximius Antiquitatis Atticae interpres, Eduard. Corſinus *Faſt. Att. T.* III. *p.* 166. Graviſſimus error eſt, et ne dignus quidem refutatione, Tzetzae *Scholio in Hermogenem* inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, ſcribit, Platonis aetate vixiſſe, vel certe vix Socratis aetatem attigiſſe. Φῦλος Antiphontis pater dicitur apud Clement. Alexandr. *Strom.* I. *p.* 365. ſed recte Σώφιλον reſtituit Jo. Potterus. Harpocration: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος. Quem locum imperitus compilator, Phavorinus, turpiter foedavit, et in grande ſuum, ſed pene inutile, Lexicon retulit: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δώδεκα ῥητόρων, φιλοσόφου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ἀμνούσιος. Sic non ſola Editio Veneta habet, ut Taylor. *ad Lyſ. p.* 184. putat, ſed etiam Romana et Baſileënſis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophiſtarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte noſtro paulo antiquiorem fuiſſe recte tradit Plutarch. *l. c.* γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. cui conſentit Suidas v. Ἀντιφῶν. ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Sed alia omnia reperiuntur apud Photium: ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Utrumque locum conferens Fabric. *Bibl. Graec. L.*

II.

II. c. 26. p. 833. nov. *Pseudo-Plutarchi* sententiam probat, rejecta *Photiana*. Verum hic non Photii error est, sed librarii. Nam Photius et ipse sine dubio scripserat: *ὀλίγῳ νεώτερος* Γοργίου etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, Plinius *Hist. Nat.* XXXIII. 4. quem sequi malim, quam Porphyrium apud Suidam v. Γοργίας, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. Porphyrii sententiam Suidas etiam repudiat. Recte. Nam Periclis praeceptor fuit Gorgias, eodem Suida auctore; quamvis sciam, Philostratum *de Vit. Soph.* I. *p.* 493. tradere, Gorgiam a Pericle, non juvene, sed sene, auditum esse. Jam quomodo Pericles, quem jam Olymp. LXXXI. 2. exercitui praefuisse, ex Diodoro Siculo XI. 85. constat, Gorgiae disciplina usus sit, si is Olympiade demum LXXX. lucem viderit? Haec si inter se contulisset H. Dodwellus *Exerc.* II. *de Aetate Pythag. p.* 218. aliter suas de Gorgiae aetate rationes instituisset. Sed quaerit Olearius *ad Philostr. l. c.* quomodo, quod Suidas de Gorgia Periclis magistro narrat, verum esse queat, si, quod Diodor. Sicul. XII. 53. ait, Gorgias Leontinae legationis princeps, Athenas demum venerit Olymp. LXXXVIII. 2. Respondet pro nobis Vir Summus, literis nostris acerbo fato ereptus, P. Wesselingius *ad Diodor. Sicul. l c.* Gorgiam etiam ante illud tempus Athenas profectum videri. Quod verissimum esse, ex ipso Philostrato

 p. 493.

CCCIX. et Pseudo-Plutarchus *in vita* X. *Rhetorum* p. 832 d. e.: quorum sententiam, temporum rationibus congruentem, sequi non dubitamus. Eandem merito secutus est eximius Antiquitatis Atticae interpres, Eduard. Corsinus *Fast. Att. T.* III. *p.* 166. Gravissimus error est, et ne dignus quidem refutatione, Tzetzae *Scholio in Hermogenem* inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, scribit, Platonis aetate vixisse, vel certe vix Socratis aetatem attigisse. Φῦλος Antiphontis pater dicitur apud Clement. Alexandr. *Strom.* l. *p.* 365. sed recte Σώφιλον restituit Jo. Potterus. Harpocration: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος. Quem locum imperitus compilator, Phavorinus, turpiter foedavit, et in grande suum, sed pene inutile, Lexicon retulit: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δώδεκα ῥητόρων, φιλοσόφου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ἀμνούσιος. Sic non sola Editio Veneta habet, ut Taylor. *ad Lys. p.* 184. putat, sed etiam Romana et Basileënsis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophistarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte nostro paulo antiquiorem fuisse recte tradit Plutarch. *l. c.* γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. cui consentit Suidas v. Ἀντιφῶν. ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Sed alia omnia reperiuntur apud Photium: ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Utrumque locum conferens Fabric. *Bibl. Graec. L.*

II. *c.* 26. p. 833. nov. *Pseudo-Plutarchi* sententiam probat, rejecta *Photiana.* Verum hic non Photii error est, sed librarii. Nam Photius et ipse sine dubio scripserat: ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίου etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, Plinius *Hist. Nat.* XXXIII. 4. quem sequi malim, quam Porphyrium apud Suidam v. Γοργίας, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. Porphyrii sententiam Suidas etiam repudiat. Recte. Nam Periclis praeceptor fuit Gorgias, eodem Suida auctore; quamvis sciam, Philostratum *de Vit. Soph.* I. *p.* 493. tradere, Gorgiam a Pericle, non juvene, sed sene, auditum esse. Jam quomodo Pericles, quem jam Olymp. LXXXI. 2. exercitui praefuisse, ex Diodoro Siculo XI. 85. constat, Gorgiae disciplina usus sit, si is Olympiade demum LXXX. lucem viderit? Haec si inter se contulisset H. Dodwellus *Exerc.* II. *de Aetate Pythag. p.* 218. aliter suas de Gorgiae aetate rationes instituisset. Sed quaerit Olearius *ad Philostr. l. c.* quomodo, quod Suidas de Gorgia Periclis magistro narrat, verum esse queat, si, quod Diodor. Sicul. XII. 53. ait, Gorgias Leontinae legationis princeps, Athenas demum venerit Olymp. LXXXVIII. 2. Respondet pro nobis Vir Summus, literis nostris acerbo fato ereptus, P. Wesselingius *ad Diodor. Sicul. l c.* Gorgiam etiam ante illud tempus Athenas profectum videri. Quod verissimum esse, ex ipso Philostrato

p. 493. colligas, narrante, Gorgiam Athenienses contra Persas incitasse, et eos, qui in pugna Salaminia cecidissent, oratione funebri decorasse. Accidit autem illa pugna Olymp. LXXV. 1. Nec inde aliqua difficultas oritur, quod ab eodem Suida Gorgias dicitur mrgister Isocratis, qui Olympiad. LXXXVI. 1. demum natus est. Facile enim omnis dubitatio tollitur, si ad longissimam Gorgiae aetatem, ad annum usque CIX. provectam, animum attendamus. Immo sub puerilem aetatem Isocratis maxime in Graecia floruit Gorgias. Itaque Eusebius *in Chronico* illum refert ad Olymp. LXXXVI. non annum natalem designans, sed tempus, quo in primis ejus nomen celebratum sit. Ex his breviter disputatis cogere licet, Gorgiam, sicut Plinius dicit, jam floruisse Olympiade LXX. atque adeo Antiphontem Gorgia fuisse juniorem. Forte nec alienum fuerit statuere, Antiphontem audivisse Gorgiam docentem, vel publice disputantem. Sed hoc, tacentibus historicis antiquis, in medio relinquimus.

Philostratus *de Vitis Sophist.* I. *p.* 489. et Plutarchus *l. c.* Antiphontem, tradunt, bene dicendi arte imbutum esse a patre Sophilo, qui non modo rhetoricam scholam aperuerit, sed etiam plures illustrioris loci juvenes, in his Alcibiadem, erudiverit. Sed hoc in dubium vocat Praestantissimus Taylorus *Lect. Lysiac. C.* VII. quod satis aliunde constet, ludum Rhetorices multo serius Athenis esse institutum. Certe Cicero *Bruto C.* 12. *Lysiam*, scribit, *primo pro-*

fi-

fiteri solitum artem esse dicendi. Photius et Pseudo-Plutarchus *l. c.* ipsum Antiphontem hujus rei auctorem produnt. Verum ante Lysiam et Antiphontem talem ludum Athenis aperuerat Gorgias, si credimus Interpreti MS. *Aphthonii*, cujus specimen dedit Montfaucon. *Bibl. Coislin. p.* 593. τὸν δὲ Γοργίαν Ἀθηναῖοι κατέσχον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας παρέσχον αὐτῷ μαθησομένους. Ceterum quod Philostratus et Plutarchus dicunt, Alcibiadem a Sophilo eruditum, id ipsum evertit Plutarchus, cum mox ait, Alcibiadem non nisi senem Antiphontem videre potuisse. Si igitur filium non nisi senem vidit, quomodo patre Sophilo uti magistro potuit? Haec sane, inter se pugnantia et absurda, satis indicant, Pseudo-Plutarchum veterum Oratorum vitas nullo judicio consarcinasse. Antiphontis magistrum ignorari, Suidas scribit. Quae forte causa est, cur a nonnullis, teste Philostrato *l. c.* habitus sit αὐτομαθῶς σοφός.

Eruditus Antiphon sive a patre Sophilo, sive ab aliis, totum se dedit excolendae Eloquentiae, in qua consecutus est felici studio suo, ut artem Rhetoricam vel princeps invenisse, vel inventam amplificasse dicatur. Philostratus *l. c.* Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα, οἱ μὲν οὐκ οὖσαν εὑρεῖν, οἱ δὲ εὑρημένην αὐξῆσαι. um Philostrato junge Diodorum apud Clement. Alex. *Strom.* I. *p.* 365. Posteaquam vero Antiphontis in hoc genere facultas celebrari coepisset, tum juvenes illum frequentabant, ut vera eloquen-

quentia a tanto magiſtro imbuerentur; tum rei, quorum vel fortunae, vel caput in periculo eſſent, ut ſibi orationes componeret, a ſe in judicio recitandas. E diſcipulis, quos ſine dubio habuit plurimos, unus tantum commemoratur, ſed qui poſſit eſſe inſtar ſexcentorum. Eſt ille immortalis belli Peloponneſiaci ſcriptor, Thucydides, qui eloquentiae gravitate, ingenii altitudine, fide, prudentia, Hiſtoricorum parem habet neminem. Hujus rei teſtes ſunt Marcellinus *in vita Thucydidis p.* 4. Anonymus *vitae Scriptor p.* 10. Suidas v. Ἀντιφῶν, et v. Θουκυδίδης. Nec his opponendus eſt Caecilius, Rhetor Siculus, e cujus commentario *de Antiphonte* Photius et Pſeudo-Plutarchus p. 832. referunt, Thucydidem Antiphontis fuiſſe magiſtrum: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι, Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρὰ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Nam ſalva res eſt, Codd. MSS. Plutarchi pro μαθητὴν exhibentibus διδάσκαλον. Quod unice tenendum. Vid. Fabricium *in Bibl. Graec. Vol.* I. *p.* 819. *not.* et Taylor. *V. C. Lect. Lyſ. C.* VII. Veniam damus immortali Viro, Ger. Jo. Voſſio *de Rhetoricae Nat. et Conſt. C.* XI. quem vitioſa Plutarchi ſcriptura induxit, ut in alia omnia iret. Congruunt etiam temporis rationes. Nam cum Thucydides natus ſit Olympiad. LXXVII. 2. ut demonſtrat Dodwellus *Annal. Thucyd. p.* 13. Antiphontis, quippe octo vel novem annis majoris, diſcipulus potius fuit, quam magiſter.

ster. His accedit gravissima auctoritas Platonis *Menexeno p.* 403. *ὅςις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου.* Quibus verbis Thucydidem respici, dubio caret; ut tanto major sit error Jo. Jonsii *de Script. Hist. Phil. p.* 326. hunc Platonis locum de alio, quam nostro, Antiphonte accipientis: quem veteres Scriptores, qui eo respexerunt, Aristides *Or. Plat.* II. *p.* 131. Hermogen. *de Form. Orat.* II. *p.* 497. Themistius *Or.* XXVI. *p.* 329. et Athen. XI. *p.* 506. F. in viam reducere potuissent. Quae cum ita sint, non est mirandum, veteres Criticos in Thucydidis libris Antiphontis imitationem deprehendisse. Egregium est vetus Scholion, quod ad Thucyd. IV. *p.* 317. e MS. protulit Vir Summus, Car. Andr. Dukerus: *p.* 648. *b.* *Ἰςέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὴν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Ἰσοκρατικοὺς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους. τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν. εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν Ποιητήν.* ubi miror, Virum Clar. non vidisse, pro *Ἰσοκρατικοὺς* legendum esse *Σωκρατικούς.* Sed hic non est praetereundum insigne testimonium, quod gratus discipulus Thucydides perhibet doctori suo Antiphonti, *L.* VIII. *p.* 545. *Ἀντιφῶν. ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕςερος, καὶ κράτιςος ἐνθυμηθῆναι γενόμε-*

quentia a tanto magiſtro imbuerentur; tum rei, quorum vel fortunae, vel caput in periculo eſſent, ut ſibi orationes componeret; a ſe in judicio recitandas. E diſcipulis, quos ſine dubio habuit plurimos, unus tantum commemoratur, ſed qui poſſit eſſe inſtar ſexcentorum. Eſt ille immortalis belli Peloponneſiaci ſcriptor, Thucydides, qui eloquentiae gravitate, ingenii altitudine, fide, prudentia, Hiſtoricorum parem habet neminem. Hujus rei teſtes ſunt Marcellinus *in vita Thucydidis p.* 4. Anonymus *vitae Scriptor p.* 10. Suidas v. Ἀντιφῶν, et v. Θουκυδίδης. Nec his opponendus eſt Caecilius, Rhetor Siculus, e cujus commentario *de Antiphonte* Photius et Pſeudo-Plutarchus p. 832. referunt, Thucydidem Antiphontis fuiſſe magiſtrum: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι, Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρὰ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Nam ſalva res eſt, Codd. MSS. Plutarchi pro μαθητὴν exhibentibus διδάσκαλον. Quod unice tenendum. Vid. Fabricium *in Bibl. Graec. Vol.* I. *p.* 819. *not.* et Taylor. *V. C. Lect. Lyſ. C.* VII. Veniam damus immortali Viro, Ger. Jo. Voſſio *de Rhetoricae Nat. et Conſt. C.* XI. quem vitioſa Plutarchi ſcriptura induxit, ut in alia omnia iret. Congruunt etiam temporis rationes. Nam cum Thucydides natus ſit Olympiad. LXXVII. 2. ut demonſtrat Dodwellus *Annal. Thucyd. p.* 13. Antiphontis, quippe octo vel novem annis majoris, diſcipulus potius fuit, quam magiſter,

ſter. His accedit graviſſima auctoritas Platonis *Menexeno p.* 403. ὅϛις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Quibus vérbis Thucydidem reſpici, dubio caret; ut tanto major ſit error Jo. Jonſii *de Script. Hiſt. Phil. p.* 326. hunc Platonis locum de alio, quam noſtro, Antiphonte accipientis: quem veteres Scriptores, qui eo reſpexerunt, Ariſtides *Or. Plat.* II. *p.* 131. Hermogen. *de Form. Orat.* II. *p.* 497. Themiſtius *Or.* XXVI. *p.* 329. et Athen. XI. *p.* 506. F. in viam reducere potuiſſent. Quae cum ita ſint, non eſt mirandum, veteres Criticos in Thucydidis libris Antiphontis imitationem deprehendiſſe. Egregium eſt vetus Scholion, quod ad Thucyd. IV. *p.* 317. e MS. protulit Vir Summus, Car. Andr. Dukerus: *p.* 648. *b.* Ἰϛέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὴν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Ἰσοκρατικοὺς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους. τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν. εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν Ποιητήν. ubi miror, Virum Clar. non vidiſſe, pro Ἰσοκρατικοὺς legendum eſſe Σωκρατικούς. Sed hic non eſt praetereundum inſigne teſtimonium, quod gratus diſcipulus Thucydides perhibet doctori ſuo Antiphonti, *L.* VIII. *p.* 545. Ἀντιφῶν. ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕϛερος, καὶ κράτιϛος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος,

νος, καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν. Quibus verbis, quamvis paucis, perfecti Oratoris descriptio continetur. Certatim hunc Thucydidis locum imitati sunt Sophistae. Philostratus de hoc ipso Antiphonte *p.* 498. *ἱκανώτατος ἀνθρώπων ἔδοξεν εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι.* Synesius in *Dione p.* 41. *Δίων ὁ Προυσαεὺς, περιττὸς ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι.* Ac forte eundem locum in animo habuit auctor Epitaphii *Harpocrationi* positi, et nondum editi, quod A. Gallandus Athenis descripsit, et cum Graevio communicavit, e cujus Bibliotheca cum aliis inscriptionibus pervenit in Burmannianam. Est autem hocce:

ΣΜΙΚΡΟΣ ΟΤ ΣΜΙΚΡΟΝ ΚΑΛΤΠΤΩ
ΤΤΜΒΟΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΕΙ ΣΟΦΩΝ
ΔΩΡΑ ΜΟΤΣΕΩΝ ΜΕΓΙΣΤΑ ΤΩΝ
ΟΔ ΕΞΟΧΟΝ ΛΑΧΩΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝ ΠΡΟΣ ΑΣΤΩΝ
ΤΡΙΣ ΜΑΚΑΡ ΚΛΕΙΣΕΤΑΙ
ΟΤΝΕΚ ΗΝ ΡΗΤΩΡ ΜΕΝ ΕΙΠΕΙΝ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ Δ Α ΧΡΗ ΝΟΕΙΝ.

Praeceptor mei amantissimus, Dav. Ruhnkenius, cui hanc inscriptionem debeo, me monuit, versus esse trochaicos, hoc modo constituendos:

Σμικρὸς οὐ σμικρὸν καλύπτω τύμβος ἄνδρ', ἐπεὶ σοφῶν,
Δῶρα Μούσεων μέλιςα, τῶν δ' ἔξοχον λαχὼν
'Αρποκρατίων πρὸς ἀςῶν τρὶς μάκαρ κλεΐζεται.
Οὕνεκ' ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν, φιλόσοφος δ' ἃ χρὴ νοεῖν.

Quam-

Quamquam idem fatebatur, vſ. 2. aliquid ſupereſſe difficultatis (*).

Satis, ni fallor, demonſtravimus, Thucydidem ab Antiphonte eſſe eruditum. Sed antequam hinc diſcedamus, diligenter excutiendus eſt locus obſcurus et difficilis Hermogenis *de Form. Orat.* II. *p.* 496. ubi alia omnia traduntur. Haud alienum fuerit, ipſum locum huc referre: *Δύο δὲ* [*'Αντιφῶντες*] *οἱ σοφιςεύσαντες, ὧν εἷς μέν ἐςιν ὁ ῥήτωρ, οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ τερατοσκόπος, καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας, καὶ οἱ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. ἐγὼ δὲ ἕνεκα μὲν τοῦ διαφόρου τῶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἰδεῶν, πείθομαι δύο τοὺς 'Αντιφῶντας γενέσθαι· πολὺ γὰρ ὡς ὄντως τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγων πρὸς τοὺς λοιπούς. ἕνεκα δὲ τοῦ καὶ παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρ' ἄλλοις ἱςορουμένου, πάλιν οὐ πείθομαι. Θουκυδίδην γὰρ 'Αντιφῶν-*

(*) Gallandus putat, Epitaphium eſſe *Harpocrationis*, cujus extat *Lexicon decem Rhetorum*. Sed cum tot fuerint Sophiſtae hoc nomine, quis dixerit, cui illorum hoc Epitaphium poſitum ſit? Dubito etiam, an Harpocration Lexicographus, ortu Alexandrinus, Athenis docuerit, vel adeo diem obierit ſupremum. Conſtantinopolim vocatum eſſe, patet e Libanio *Ep.* 371. *P. Aelii Harpocrationis*, qui et *Proclus* dictus eſt, memoriam conſervat lapis apud Muratorium *Inſcript. p.* 138. 2.

φῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων. καὶ τὸν μὲν Ῥαμνούσιον εἰδὼς ἐκεῖνον, οὗπέρ εἰσιν οἱ φονικοὶ, τὸν Θουκυδίδην δὲ πολλῷ κεχωρισμένον, καὶ κεκοινωνηκότα τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, πάλιν οὐ πείθομαι. οὐ μὴν ἀλλ', εἴτε εἷς ὁ Ἀντιφῶν ἐγένετο, δύο λόγων εἴδεσι τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότων χρησάμενος, εἴτε καὶ δύο, χωρὶς ἑκάτερος, ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μεθελθὼν, ἀνάγκη χωρὶς περὶ ἑκατέρου διελθεῖν.

Subjiciamus huic loco Scholia inedita duorum Grammaticorum, Joannis Siceliotae, et Tzetzae, quorum illa Parifiis e Codice Camilli Falconeti, Viri Clariffimi, haec Leidae e Codice Bibliothecae publicae defcripfit, et humaniffime mecum communicavit Cel. Ruhnkenius.

Τερατοσκόπος] *ὀνείρους τε καὶ τέρατα πολλοῖς ἑφερμηνεύων. ὁ τερατοσκόπος Ἀντιφῶν ἦν Ἀλεξάνδρου χρόνοις. ὁ Ἀντιφῶν δ', ὥπερ Ῥαμνοῦς ἦν ἡ πατρὶς, ὡς λέγει, ἰσοχρονῶν ἦν Πλάτωνι, ἢ μόλις τῷ Σωκράτει. εἴπεως ἦν διδάσκαλος, ὡς γράφει, Θουκυδίδου. ὕστερος Εὐριπίδου γὰρ Ἡρόδοτος ὑπῆρχε. οὐκ Ἡροδότου γράφοντος, παῖς ἦν ὁ Θουκυδίδης; ὁ δ' Εὐριπίδης συγχρονῶν ὑπῆρχε τῷ Σωκράτει. πῶς οὖν ὁ Πλάτων, ὥσπερ φησὶν, Ἀντιφῶντα λέγει; πῶς καὶ ῥητόρων πρώτιστος ὁ Ἀντιφῶν, ὡς εἶπε; οὐκ ἦν Λυσίας πρὸ αὐτοῦ, Γοργίας, Ἰσοκράτης;* Tzetzes.

Θουκυδίδην] *Σημείωσαι ὅτι ὁ Θουκυδίδης Ἀντιφῶντός ἐστι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητής· ἡ δὲ ἱστορία καὶ παρὰ τῷ Πλάτωνι.* Jo. Siceliota.

Πολ-

Πολλῷ κεχωρισμένον] Τὸν Θουκυδίδην μὲν αὐτὸς ὁ Πλάτων, φησὶ, λέγει τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου, οὗ Ἀντιφῶντος μέν εἰσιν οἱ φονικοὶ τῶν λόγων. ἐγὼ τὸν χαρακτῆρα δὲ τῶν Θουκυδίδου βλέπων, τοῖς λόγοις ἐξισούμενον τοῖς περὶ ἀληθείας, τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν κρίνω τὸν Θουκυδίδην, τοῦ ὅσπερ ξυγγεγράφηκε τοὺς ἀληθεῖς τοὺς λογούς. Tzetzes.

Κεκοινωνηκότα] Τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ μὲν Πλάτων φησὶ τὸν Θουκυδίδην Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν, οὗ εἰσιν οἱ φονικοί. ἐγὼ δ' οὐ πείθομαι κατανοῶν Θουκυδίδην οὐ χρώμενον τῷ εἴδει τῶν λόγων τῶν φονικῶν, ἀλλὰ τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας, ὥςε μοι δοκεῖν τὸν Θουκυδίδην τοῦ ἑτέρου Ἀντιφῶντος εἶναι μαθητὴν τοῦ γράψαντος τοὺς περὶ ἀληθείας λόγους. Jo. Siceliota.

Περὶ ἑκατέρου διελθεῖν] Εἴτε δύο εἰσὶν Ἀντιφῶντες, καὶ τούτων ὁ ἕτερος μὲν τοὺς φονικοὺς, ἅτερος δὲ τοὺς περὶ ἀληθείας ἔγραψε, τοσοῦτον ἀλλήλων τῷ εἴδει διεςηκότας, εἴτε εἷς ἐςιν Ἀντιφῶν, διαφόροις εἴδεσι λόγων χρησάμενος, χρὴ περὶ τῶν ἑκατέρων τῶν βιβλίων τῶν χαρακτήρων διαλαβεῖν. Jo. Siceliota.

Jam videamus, quid boni afferat Hermogenes. Primum recte obſervat, duos fuiſſe Antiphontes, eloquentiae laude claros, alterum Rhamnuſium, a quo profecti ſint λόγοι φονικοὶ, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. alter prodigiorum et ſomniorum interpres, qui ſcripſerit λόγους περὶ ἀληθείας, et περὶ ὁμονοίας. Sequimur enim in hoc loco enarrando certiſſimam emendationem Tayluri *Lect. Lyſ. C.* VII. qua λό-

γους δημηγορικοὺς et λόγον πολιτικὸν Antiphonti Ὀνειροκρίτῃ aufert, redditque vero auctori, Antiphonti Rhamnusio. Quid deinde dicere velit Hermogenes, facilius divinatur, quam clare intelligitur. Adeo locus obscurus est, et librariorum forte culpa depravatus. Mens ejus, ni fallimur, haec est: scire se, Platonem, aliosque plures scripsisse, Thucydidem ab Antiphonte Rhamnusio esse eruditum, sed eundem se scire, Thucydideum dicendi genus ab eo, quo usus sit Antiphon Rhamnusius, prorsus discrepare, et propius accedere ad illud, quo scriptae sint Antiphontis, somniorum interpretis, orationes περὶ ἀληθείας, non igitur alienum videri credere, Thucydidem Antiphontis Ὀνειροκρίτου disciplina fuisse institutum. Sic certe Hermogenem uterque Scholiastes intellexit, Tandem in medio relinquit, utrum unus fuerit Antiphon, aliis in libris aliud dicendi genus secutus, an duo, quorum alter λόγους φονικοὺς, alter λόγους περὶ ἀληθείας scripserit? Sic ille aestuat, et, quid certi statuat, non habet, facile, quid verum esset, reperturus, si veterum monimenta, quae tum supererant, consulere, quam conjecturis indulgere, maluisset. Nihil autem levius est Hermogenis conjecturis. Nam si verum est, quod Tzetzes tradit, Antiphontem, somniorum interpretem, Alexandri tempore vixisse, qui Thucydidis magister esse potuit? Sed de hujus Antiphontis aetate infra disputabitur. Praeterea fallacissimum est argumentum, quod Hermogenes ducit a stili discrepantia. Isocrates Theo-

Theopompum ad eloquentiam formavit, Demosthenem Isaeus. At quis Theopompum oratione similem dicat Isocrati, aut Demosthenem Isaeo? Ut vultus hominum diversi sunt, sic etiam ingenium, et, quae ex ingenio nascitur, oratio. Sed taedet haec pluribus confutare.

Persequamur potius oratoria Antiphontis studia. Ex eo, quod supra demonstravimus, Antiphontem Thucydidi in eloquentia viam praeivisse, colligi potest, ab illo, Gorgiae exemplo, ludum rhetoricum Athenis esse apertum; idque diserte confirmat Plutarchus *de Gloria Athenienſ. p.* 1350. *οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προδιδάσκοντας — τοὺς Ἰσοκράτους, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίους.* Quem locum Jonsius *de Script. Hist. Phil. p.* 326. de alio Antiphonte accipit, quod Antiphon post Isocratem nominatur. Sed haec ratio non multum ponderis habet. Etenim veteres Scriptores saepe negligunt illam in citandis auctoribus chronologiam *ἀκρίβειαν*. *Anonymus Scriptor Rhetoricas p.* 24. Isocrati postponit Empedoclem, qui tamen diu ante Isocratem vixit: *Αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ — ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ, Φιλοκράτει καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ.* ubi Jo. Schefferus etiam miratur, Empedoclem Isocrati postponi. Verum non dissimulabo, mihi in hoc loco blandiri acutissimam Cel. Praesidis conjecturam, *Νεοκλεῖ* reponentis pro *Ἐμπεδοκλεῖ*. quamvis sciam e Quinctiliano III. 1. *Empedoclem primum movisse aliqua circa Rhetori-*

een. *Neocles* rhetor laudatur a Scholiaſte Hermogenis *p.* 362. et *p.* 365. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Cum igitur Antiphon juvenes eloquentiae ſtudioſos praeceptis imbueret, non ſatis habuit, illos ore erudire, ſed in illorum etiam gratiam *primus* quidem, ut auctores ſunt Quinctilian. III. 1. Pſeudo-Plutarchus et Photius, *Artem Rhetoricam compoſuit*. Hoc opus laudatur a Dionyſ. Halic. *Ep. ad Ammaeum p.* 120. Ammonio v. Σημεῖον, Apſine *Art. Rhet. p.* 719. et forte, ut Jonſius *de Script. Hiſt. Phil. p.* 325. putat, a Galeno *praef. ad Gloſſ. Hippocrat.* Sed non eſt omittendus locus Pollucis VI. 143. ubi has ipſas τέχνας ῥητορικὰς laudans, adjicit: δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι. Haud nobis conſtat, quas Pollux de hujus libri γνησιότητι dubitandi rationes habuerit: cumque liber interciderit, in neutram partem liquido pronunciari poteſt. Verum Polluci non tantum opponimus ſcriptores modo laudatos, ſed etiam *Grammaticum* MS. antiquitate et eruditione praeſtantem, qui penes Celeb. Ruhnkenium eſt, e Cod. Bibliothecae Sangermanenſis deſcriptus. Is, ut voces locutionesque ab Atticiſtis temere proſcriptas vindicet, hoc inſtitutum tenet, ut illas, oſtendat, ab optimis et veterrimis ſcriptoribus eſſe uſurpatas. Cumque inter hos ſcriptores, qui omnes Menandrum aetate ſuperant, Antiphontem etiam ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ referat, eo ipſo ſatis indicat, ſe hunc librum veteris Antiphontis genuinum monimentum judicaſſe. Ex eodem Grammatico diſcimus,

hanc

hanc *Artem* tribus libris constitisse. Quae inde excerpta afferuntur, haec sunt: 'Απαρασκεύαστον. 'Αντιφῶν γ̄ ῥητορικῆς τέχνης. Hinc plane confirmatur conjectura doctissimi Jungermanni, qua in *Polluce* l. c. pro vulgato Ξενοφῶν reponit 'Αντιφῶν. † 'Αστοργία, Φιλοστοργία, Στοργή. 'Αντιφῶν ἐν β̄ περὶ τῆς ῥητορικῆς τέχνης. † 'Ολιγοφιλίαν. 'Αντιφῶν γ̄. ubi tertius *Artis Rhetoricae* liber intelligitur.

Nec tamen Antiphon omnem aetatem contrivit eloquentiae praeceptis tradendis, sed majora ausus, gravissimam oratoris personam suscepit, et magna cum laude sustinuit. Quinctilian. III. 1. *hunc omnium primum orationem scripsisse* dicit. Quod Ger. Jo. Vossius *de Rhetor. nat. et const. p.* 335. bene restringit ad orationes forenses, propterea quod Gorgias ante Antiphontem orationes scripsit. Et hoc modo Quinctiliani verba accipienda esse, ex aliis scriptoribus constat. Diodorus apud Clement. Alexandr. *Strom.* I. *p.* 365. πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον 'Αντιφῶντα. Photius: συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν, φασι, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα. οὐδ' ἔστι λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν 'Αντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων. Similia habet Pseudo-Plutarchus. Antiphon igitur merito suo ab Hermogene *de Form. Orat.* II. *p.* 498. appellatur εὑρετὴς καὶ ἀρχηγὸς τοῦ τύπου τοῦ πολιτικοῦ. Omnem vero eloquentiam suam Antiphon dicavit civibus, qui aut alios accusare, aut semet ip-

ipsos defendere pararent. Hi orationes, quas ab Antiphonte accepissent, ediscebant, et in judicio vel concione suo nomine recitabant. Semel tantum pro se ipso publice dixit, tanta vi eloquentiae, ut nemo unquam melius caussam suam orasse dicatur. Egregius est locus Thucydidis VIII. *p.* 545. *καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε θανάτῳ δίκην ἀπολογησάμενος.* Ultima Thucydidis verba respexit Cicero *Bruto C.* 12. *quo* (Antiphonte) *neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam, cum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides.* Primus vero Antiphon ab iis, quibus orationes scripsisset, mercedem exegit. Diodorus apud Clem. Alex. *Strom.* I. *p.* 365. *καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον* etc. Ammian. Marcell. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedme.* Quae res, cum illis temporibus parum liberalis hominis esse videretur, Antiphonti avaritiae infamiam contraxit. Comici in primis, quorum tum summa erat licentia, hinc ejus reprehendendi ansam arripuerunt. Philostratus *p.*

499.

499. καθάπτεται δ' ἡ κωμῳδία τοῦ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. Platonem, veteris comoediae poëtam, hoc nomine Antiphontem perstrinxisse, docet Pseudo-Plutarchus: κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. Sic enim e Photio legendum pro σὺν Πεισάνδρῳ, quamvis contra Photius e Plutarcho emendandus videatur Oleario *ad Philostrat.* l. c. Vid. Taylor. *Lect. Lysiac. C.* VII. Antiqui Rhetores Antiphonti solas fere tribuunt orationes judiciales, quasi aliud genus non attigisset. Hermogenes tamen loco supra allato λόγους δημηγορικοὺς commemorat. Recte. Nam constat, deliberativum etiam genus ab eo esse tractatum, sive ipse illas orationes ad populum habuerit, sive aliis, qui concionem habere vellent, scripserit. Tales fuerunt ὁ Πολιτικὸς, ὁ περὶ τοῦ Λινδίων φόρου, ὁ περὶ τοῦ Σαμοθρᾳκῶν φόρου, etc. quae orationes saepe commemorantur ab Harpocratione, aliisque Grammaticis. Praeter judiciales et deliberativas Antiphon etiam, Gorgiae exemplo, scripsit sophisticas. Philostratus *p.* 500. σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μὲν, σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας. Atque huc pertinet locus Ciceronis *Bruto C.* 12. Nam cum Cicero ex Aristotele narrasset, Gorgiam paratos habuisse locos communes, cum singularum rerum laudes, vituperationesque conscripsisset, addit, *huic Antiphontem Rhamnusium similia quaedam habuisse conscripta.*

ta. Ad tales locos communes forte quis referat orationes undecim adhuc superstites, quae tametsi in forensi argumento versantur, tamen, quod nullum indicium vel accusatoris, vel rei, vel temporis habent, nihil aliud sunt, nisi loci communes, quibus vel ipse Antiphon, vel alii in simili re uterentur.

Quid Antiquitas de Antiphontis in dicendo facultate existimarit, satis ostendit tribuendo illi venerabili nomine Nestoris,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Vid. Philostrat. *p*. 498. Pseudo-Plutarchum et Photium *in ejus vita*. Ab eo etiam omnes clari in literis viri *παροιμιακῶς* appellati sunt Rhamnusii, ut Suidas refert v. *Ῥάμνος*. Thucydides, idoneus in primis judex, quam magnifice de ejus eloquentia senserit, ex eo loco, quem supra attulimus, apparet. De orationis compositione, qua usus est Antiphon, ita judicat Dionys. Halicarn. de *Compos. verb. p*. 9. *ἡ δὲ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου καλῶς μὲν σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἡδέως γε πάνυ*. Idem in *Isaeo p*. 111. Antiphonti tribuit *τὸ αὐστηρὸν μόνον καὶ ἀρχαῖον*, addens pro solita sua in judicando acerbitate: *ἀγωνιστὴς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστι*. Sed nos Thucydidi plus credimus, quam sexcentis Dionysiis. Haud mitius est judicium, quod idem Dionysius fert in *Demosthen. p*. 167.

Ab

Ab Hermogene de *Form. Orat.* II. *p.* 497. Antiphon dicitur πολιτικὸς μὲν καὶ κατὰ τὸ σαφὲς καὶ κατὰ τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἄλλως ἠθικὸς, ὥςε καὶ πιθανὸς — μεγέθει χρώμενος οὐκ ὀλίγῳ, καλῶς δὲ πῶς συνυφασμένῳ. ubi plura ſunt huc pertinentia, quae brevitatis cauſſa omitto. Philoſtratus *p.* 500. λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται. Sic enim legendum eſſe ex Cod. Regio Pariſ. non σύγκειται, quod placuit *Oleario*, nos monuit Cel. Praeſes. Adde his Libanium *Opp.* T. II. *p.* 480. Elegantiſſime de Antiphonte ſententiam dixerunt Pſeudo-Plutarchus et Photius, ſive potius, quem illi ad verbum deſcripſiſſe videntur, Caecilius in *Commentario de Antiphonte:* ἔςι δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιςα ςοχαζόμενος. Quod judicium quin verum ſit, et rei conſentaneum, nemo, qui ſuperſtites Orationes legerit, dubitabit. Prope igitur adducor, ut credam, has orationes nunquam ſerio lectas eſſe a doctiſſimo et cetera accuratiſſimo viro, Jo. Jonſio, qui *de Script. Hiſt. Philoſ. p.* 325. magna confidentia ſcribit, Antiphontis, quae ſuperſunt, orationes ſcholaſticas eſſe atque fictas declamationes, et Antiphontis nil praeter nomen habere. Sed hicce error commodius a nobis §. III. profligabitur.

II.

Jam Antiphontis aetate, ut quisque Athenis disertissimus erat, ita ad honores et munera reipublicae tractanda maxime evehebatur. Antiphon igitur, omnibus eloquentiae praesidiis instructus, non putavit, sibi domi desidendum, sed animum esse ad rempublicam appellendum. Plutarchus: *δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι.* Magni ejus opera Atheniensibus fuit in Bello Peloponnesiaco. Nam et duabus triremibus praefectus, et exercitus Praetor saepe cum hoste conflixit, aliquot praeclaras victorias reportavit, et Atheniensibus belli socios adjunxit. Plutarchus: *ὁτὲ μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶν, ὁτὲ δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν, καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος.* Philostrat. *p.* 498. *ἐστρατήγησε πλεῖστα, ἐνίκησε πλεῖστα.* Verum multo luculentius beneficium contulit in patriam, augens rem navalem sexaginta triremibus, quae viris armisque instructae essent. Philostratus *l. c.* *ἑξήκοντα τριήρεσι πεπληρωμέναις ηὔξησεν Ἀθηναίοις τὸ ναυτικόν.* Plutarchus: *καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὁπλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἑξήκοντα.* Quae si vera sint, regiae atque immensae homini opes fuerint necesse est, quas quavis potius ratione compararit, quam orationibus aliorum nomine scribendis. Videri possit Xenophon *Hellen.* II. *p.* 467. quod modo ex Plutarcho et Philostrato retulimus, in dubitationem adducere. Nam duas tantum triremes ab Antiphonte suppeditatas di-

dicit. Sed Xenophonti de alio Antiphonte, minus potente et illustri, sermonem esse, infra ostendemus. Forte etiam Antiphon patriae suae Archon fuit, annumque suo nomine signavit. Certe Diodorus Sicul. XII. *p.* 534. ἄρχοντα ἐπώνυμον Olymp. XC. 3. ponit Antiphontem, quem Rhamnusium fuisse, et aetas, et alii summi, quos gessit, honores probabile reddunt.

Sed operae pretium est videre, qualem se Antiphon in republica administranda gesserit. Eloquentia ipsi viam ad honores patefactam esse ostendimus: sed illa ipsa Eloquentia, qua animos hominum in quascunque partes flectere poterat, illum populo reddidit suspectum. Quod sentiens Antiphon, nunquam velut in scenam prodiit, sed post siparium latuit, enixe adjuvans, qui consilium suum in republica gubernanda expetiissent. Thucydides loco egregio, quem saepe laudavimus: καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ᾽ ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ᾽ ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. Adde Plutarch. *Nicia p.* 526. et Philostr. *p.* 499. Ad Antiphontem potissimum, tanquam auctorem, refertur insignis illa Reipublicae Atheniensis commutatio, qua, pristina Magistratuum ratione antiquata, summa omnium rerum potestas translata est ad Quadringentos viros. Quae publici status mutatio ut rectius intelligatur, illorum temporum historiam paulo altius repetamur.

Belli Peloponneſiaci anno XVII. Olymp. XCI. 1. Athenienſes, ſuadente Alcibiade, fruſtra obnitente Nicia, Syracuſanis bellum intulerunt, et ad id gerendum ducem Alcibiadem delegerunt. Sed antequam claſſis altum peteret, accidit, ut omnes Hermae vel Mercurii ſtatuae una nocte dejicerentur. Quae res quod ex conjuratione ad populi libertatem opprimendam inita extitiſſe videbatur, ingentem Athenienſibus terrorem incuſſit. Dux conjurationis Alcibiades plerorumque oculis notabatur, qui tum reliquos cives opibus, gratia, multitudine amicorum et clientium anteibat. Vix ille claſſe in Siciliam pervenerat, cum inimici eum hoc crimine apud populum compellantes perficiunt, ut domum ad cauſſam dicendam revocetur. Alcibiades populi mandato parens, Athenas contendit. Sed cum in itinere audiviſſet, ſe indicta cauſſa capitis eſſe damnatum, bonis publicatis, Lacedaemona demigravit. Cum vero Lacedaemoniorum conſtantiae non ſatis conveniret verſatile Alcibiadis ingenium, eique privatae ſimultates intercederent cum Agide, Lacedaemoniorum Rege, non ſatis tutum hoc perfugium ratus, ad Tiſſaphernem, praefectum Regis Perſarum, ſe contulit, et callide ei perſuaſit, non expedire Regi, Lacedaemoniorum opes nimis creſcere, ne confecto bello ſtatim cum victoribus certamen ſit ſuſcipiendum.

Alcibiades, hac opera civibus ſuis venditata, cum Piſandro, Praetore Athenienſium apud Samum, qui ſicut ipſe optimatibus favebat, conſilium de reditu

in

in patriam agitare coepit, offerens liberaliter tum Regis Perſarum amicitiam, tum operam ſuam, hac conditione, ut imperium a populo ad Optimates transferretur. Hoc Alcibiadis conſilium a Piſandro primum cum Samiis, mox cum Athenienſibus, qui Sami verſabantur, communicatum eſt, et parum abfuit, quin, adjuvantibus illud Athenis etiam primi ordinis viris, feliciter cederet. Sed huic Alcibiadis conatui interceſſit Phrynichus, Dux Athenienſium exercitus, callide intelligens, Alcibiadi non magis paucorum dominatum curae eſſe, quam ſtatum popularem, ſed id tantum quaeri, (quod poſtea eventus comprobavit) ut ipſe, diſcordia inter civitatis Ordines ſparſa, ab alterutra parte in auxilium vocetur. Longum eſſet enarrare, quae impedimenta Phrynichus Alcibiadis conſilio objecerit. Tandem Piſander aliique Legati Athenas veniunt, populo perſuaſuri, ut Alcibiades in patriam revocetur, et, mutata antiqua regendi forma, respublica quadringentis committatur: Quod ſi facerent, eos Perſarum Regem belli ſocium habituros, ſin minus, ne ipſam quidem ſalutem eos ſervaturam. Hac neceſſitate populus compulſus, in Piſandri et reliquorum legatorum ſententiam concedit, et Democratiam Oligarchiâ commutat. Conſtituuntur Decemviri reipublicae ordinandae cum ſumma poteſtate, qui certa die ad populum referant, quae optima ſit ratio Reipublicae adminiſtrandae. Hi, ubi dies advenit, populum rogant, ut cuivis Athenienſium ſententiam, quamcun-

cunque velit, dicere impune sit. Qua dicendi libertate concessa, omnes censuerunt, antiquos Magistratus esse abdicandos: simul quinque concionis Praesides delegerunt, a quibus rursus centum alii viri deligerentur, quorum singuli sibi tres alios cooptarent, hi denique Quadringenti rempublicam cum summa potestate administrarent. In hac historia enarranda potissimum secuti sumus Historicorum principem, Thucydidem *L.* VII'. cui jungendi sunt Nepos et Plutarchus *in Alcibiade*, Diodor. Sicul. *L.* XIII. et Justinus *L.* V. Talis ac tantae conversionis praecipuus architectus fuit Antiphon, ut supra diximus, sed latitans more suo, et consiliis monitisque instruens Pisandrum, aliosque pristini status eversores. Thucydides: *ὁ μέντοι ἄπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη εἰς τοῦτο, καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς*, Ἀντιφῶν ἦν etc. Philostrat. *κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον.* Pseudo-Plutarchus: *καὶ παρατέκατεν ἕως καταλύσεως τῆς δημοκρατίας ὑπὸ τῶν τετρακοσίων γενομένης, ἣν αὐτὸς δοκεῖ συγκατασκευάσαι.* Photius: *παρέτεινε δὲ τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν υ̅ γενομένης καταλύσεως, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν.* quae Photii verba, a librariis turbata, sic in ordinem cogas: *ἧς καὶ αὐτὸν μετεσχηκέναι, καὶ αἰτίαν φασὶ παρασχεῖν.* Huc etiam pertinet locus Libanii *Apologia Socratis p.* 651. ubi licet Antiphontis nomen reticeatur, satis tamen patet, non alium intelligi, nisi Antiphontem: *ἀλλ' οὐκ ἔδειξεν αὐτόν ἐν μέσῳ, λάθρα*

δὲ

δὲ τὸ πρᾶγμα συνέθηκεν, ὡς ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῶν δ' αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. ἑτέρου ταῦτα ἦν τοῦ καὶ τῶν τετρακοσίων ἑνὸς, καὶ λόγον ὕστερον, ὧν ἔδοξεν ἀδικεῖν, δεδωκότος. Sic locus ille ſcribendus eſt, in quo manifeſta apparent veſtigia imitationis loci Thucydidei de Antiphonte.

In hunc Quadringentorum numerum populus allegit tum ipſum Antiphontem, tum Phrynichum et Theramenem (*), amicitia et uſu Antiphonti conjunctos,

(*) Theramenis Hiſtoria, propter diverſa et pugnantia inter ſe veterum ſcriptorum de eo judicia, commodam Academicae exercitationi materiem praebere poſſet. Obiter *Theramenis* nomen reſtituamus Libanio *Apolog. Socrat. pag.* 651. ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, τῆς τριάκοντα παρανομίας; τὸν Πείσανδρον ἐμιμήσατο, μετὰ Ῥαμένους ἐξήτασται, τῷ Φρυνίχῳ ταὐτὸ ποιῶν ὤφθη; Legendum Θηραμένους. Theramenes vulgo *Cothurnus* dictus eſt, quod in civium factionibus ancipitem ſe gerebat, et utrique parti gratus eſſe ſtudebat, ſicut *cothurnus* aptus eſt utrique pedi. Critias in oratione adverſus Theramenem apud Xenophont. *Hellen* II. *p.* 465. ὅθεν δήπου γὰρ καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖται. καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ. ubi Celeb. Ruhnkenius rectiſſime expungit verba, καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρ. μ. τ. π. α. δ. tanquam Grammatici marginale gloſſema; quamvis illa in libro ſuo invenerit Scholiaſt. Ariſtoph. ad *Ran.* vſ. 47. Pollux VII. 91. ὁ δὲ κόθορνος, ἑκάτερος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν. ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην Κόθορνον ἐκάλουν, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. Vide eximium virum, L. Kuſterum ad Suid. v. Θηραμένης.

ctos, ſed inter quos brevi graviſſima diſcidia extiterunt. Quadringenti in duas factiones diſceſſerant, quarum altera, duce Theramene, impenſe favebat Alcibiadi, altera, cujus caput cum Phrynicho erat Antiphon, omnibus modis, ne Alcibiades revocaretur, impediebat, facile videns, eo recepto, rempublicam ad popularem ſtatum redituram. Quum vero altera factio ſuperior eſſe coepiſſet, nec res aliter teneri poſſet, Antiphon, Phrynichus, aliique decem, tanquam factionis ſuae legati, ad ipſos Athenienſium acerbiſſimos hoſtes, Lacedaemonios profecti ſunt, ut pacem quibuscunque conditionibus facerent. Simul eorum conſilio Eetionea munita eſt, qua hoſtium claſſem pedeſtremque exercitum, quando et quoties vellent, recipere poſſent. Sed legati re infecta Athenas reverſi ſunt, et nihil aliud hac legatione, quam ſibi exitium maturarunt. Vix reverſus Phrynichus ex inſidiis periit in frequenti foro, percuſſore ejus impune evadente. Qua re animus crevit adverſae factioni, ejusque principi, Therameni. Fit deinde maxima rerum commutatio. Nam, diſſoluto Quadringentorum imperio, respublica quinque millibus adminiſtranda traditur. Alcibiades denique in patriam revocatur. Vid. Thucyd. VIII. 90. ſeqq. Haec geſta ſunt Olymp. XCII. 2. Praetore Theopompo. Eodem anno inimici Antiphontem in jus vocarunt, ubi non indicta cauſſa condemnatus eſt, ut graviſſimo errore ſcribit Pſeudo-Plutarchus, ſed cauſſam dicere coactus, tum primum pu-

publice dixit tanta vi eloquentiae, ut Thucydides illum optime omnium, ad suam usque memoriam, capitis caussam dixisse fateatur. Accusatus est, Thucydide teste, quod paucorum dominatum constituisset: *καὶ αὐτός τε ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑϛέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριϛα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέϛησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος.* In ipsa vero publica condemnationis formula, quam ex Caecilio, magno hujus historiae bono, conservavit Plutarchus, damnatus dicitur, quod exitio reipublicae legatus ad Lacedaemonios profectus esset, et e castris navi hostili abiisset, et per Deceleam iter terrestre fecisset, atque adeo patriam suam prodidisset. Poena ipsi longe atrocissima constituta est, ut undecim viris traderetur, bona ejus publicarentur, aedes solo aequarentur, titulo aedium in area posito, ANTIPHONTIS PRODITORIS, ut neque Athenis neque in terra Attica sepeliretur, ut non modo ipse infamis esset, sed omnes etiam ex eo nati, sive legitimi essent, sive spurii, ut infamia quoque notaretur, qui quem posterorum Antiphontis adoptaret. De poenae genere nihil habet Thucydides, forte rem adeo atrocem de industria silentio praetermittens, ut magistro bene de se merito gratificaretur. Quae probabilis est conjectura Marcellini *in vita Thucyd. p.* 4. *ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔῤῥιψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος.* ubi sequentia verba, tanquam

inutile additamentum, resecanda: λέγεται γὰρ ὡς ἔῤῥιψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἴτιον τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. Oratio, qua se defendit Antiphon, dicitur περὶ μεταστάσεως, i. e. *de mutatione status popularis in oligarchiam Quadringentorum virorum.* Harpocration v. Στασιώτης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ μεταστάσεως περὶ τείνων, ὧν Ἀπόληξις κατηγόρηκεν, ὁ στασιώτης ἦν ἐγὼ, καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς etc. ubi H. Valesius, Vir magnus, corrigit ᾧ vel οὐ στασιώτης ἦν ἐγώ. Malim, ὅτι στασιώτης ἂν ἦν ἐγώ.

Sed antequam hinc discedamus, excutienda sunt quaedam veterum scriptorum loca, quae hactenus disputatis non satis convenire videantur. Pseudo-Plutarchus ex Lysiae oratione deperdita, et Theopompo refert, Antiphontem sub triginta Tyrannis, qui Olymp. XCIV. 2. constituti sunt, capitis damnatum esse. Si Lysiae illa oratio, et Theopompi historia extaret, certius hac de re judicari posset. Lysias quidem in *oratione*, quae superest, *adv. Eratosth. p.* 216. Antiphontem, narrat, a populo, post libertatem recuperatam, condemnatum esse, adeoque nihil dicit, quod Thucydidi, et Monumento publico, supra à nobis laudato, cujus summa debet esse auctoritas, adversetur. Antiphon igitur, qui sub triginta tyrannis periit, diversus fuit ab Antiphonte Rhamnusio: quod et ipsum Plutarcho commode in mentem venit. Adjiciamus ejus verba ex pulcerrima emendatione Taylori *Lection. Lysiac. c.* VII. ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρὸς,

οὗ

τοῦ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει. Verum, ne quid dissimulemus, Theramenes etiam apud Xenophont. *Hellen.* II. *p.* 467. Antiphontis condemnationem manifeste tribuit triginta Tyrannis: *ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶντος ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένου, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ δύο τριήρεις εὖ πλεούσας παρείχετο, ἐπιςάμην ὅτι καὶ οἱ πρόθυμοι τῇ πόλει γεγενημένοι πάντες ὑπόπτως ὑμῖν ἕξοιεν.* Qui locus cum Thucydide, et Monumento publico apud Plutarchum, conciliari non potest, nisi forte dicamus, Theramenem propterea Antiphontis exitium triginta Tyrannis imputasse, quod plures in eorum numero essent, qui ante constitutum Trigintaviratum Antiphontem in perniciem impulissent. At haec de Antiphontis morte querela cuivis potius convenisset, quam Therameni, in quem unum Lysias *Orat. adv. Eratosthen. p.* 216. conjicit crimen Antiphontis interfecti: *βουλόμενος δὲ τῷ ὑμετέρῳ πλήθει δοκεῖν πιςὸς εἶναι, Ἀντιφῶντα καὶ Ἀρχεπτόλεμον φιλτάτους ὄντας αὐτῷ κατηγορῶν ἀπέκτεινεν.* Cui dubitationi forte quis ita occurrat, ut dicat, Theramenem, cum idem sibi, quod Antiphonti antea, supplicium impenderet, vel poenitentiam agere coepisse, quod veterem amicum perdidisset, vel crimen a se transferre voluisse in triginta Tyrannos. Sed fatemur, animum magis in hanc partem inclinare, ut statuamus, Xenophontem non de Antiphonte Rhamnusio loqui, sed de alio, Lysidonidis filio, quem Lysias in oratione deperdita, et Theopompus dicunt sub triginta Tyrannis periisse.

Hactenus de vita, rebus gestis, et morte Antiphontis; quibus speramus satisfactum esse Tayloro V. C. in *vita Lysiae p.* 39. dubitanti, an Antiphon e collegio CCCC Virorum idem fuerit, qui Antiphon Orator.

III.

Sequitur, ut de ingenii monumentis, quibus Antiphon nomen suum posteritati commendavit, breviter dicamus. Sed hic nobis fere otium fecerunt Viri literariae historiae peritissimi, Jo. Meursius in *Biblioth. Attica*, *T.* X. *Thes. Ant. Gr. p.* 1422. Jo. Jonsius libro saepius laudato, et Jo. Alb. Fabricius *Bibl. Gr. L.* II. *C.* 26. *p.* 837. Attingamus igitur ea tantum, quae a viris egregiis vel perperam dicta sint, vel praetermissa. De Antiphontis *τέχνῃ ῥητορικῇ* supra diximus, quae repetere non est necesse. Orationes ejus sexaginta olim extiterunt, e quibus Caecilius, Rhetor, viginti quinque velut subdititias familia submovit. Photius et Plutarchus, *φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν ὁ Καικίλιος εἴκοσι καὶ πέντε φησὶν αὐτοῦ καταψεύδεσθαι, ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον, πέντε καὶ τριάκοντα.* Sed ex his paucae tantum commune bonorum librorum naufragium evaserunt: reliquarum vix tituli salvi ad nos pervenerunt. Atque hic, quod supra promisimus, a nobis praestandum est, ut velut per inductionem demonstremus, Jo. Jonsium Orationes, quae supersunt,

ſunt, temere et inconſulte pro declamationibus a ſcholaſtico homine confictis habuiſſe. Ex *Orat.* IV. *p.* 41. ἀπελογήθη citat Pollux II. 119. Ex eadem *Orat. p.* 44. locum laudat Ammonius v. Ἐνθύμημα. Quae in *Orat.* V. *p.* 50. leguntur, τὸν ἀναίτιον καταλαβόντας, τὸν αἴτιον ἀφεῖναι, affert Suidas v. Καταλαβεῖν, qui hinc corrigendus. Ex *Or.* X. *p.* 71. vocem γηραιὸς excerpſit Pollux II. 13. Ex eadem *Orat. p.* 72. idem VIII. 21. habet vocem ἐπιτίμιον. Nobiliſſimam Orationem *de caede Herodis* bis nominatim citat Harpocration v. Διετείνοντο, et v. Φροῦδος. Uterque locus extat *p.* 103. *et* 111. Ex eadem oratione, quamvis haud nominata, Pollux III. 138. excerpſit vocem αἰτίασις, quae eſt *p.* 101. et IX. 13. verbum χωροφιλεῖν, quod occurrit *p.* 126. Orationem *de Choreuta* laudat Harpocration v. Διδάσκαλος. Locus, quem inde affert, extat *p.* 143. Sed idem ex eadem Oratione citat Διϊπόλια, quae ibi non comparent. Videtur ergo Harpocration, memoria lapſus, Orationem *de Choreuta* pro quinta, in qua *p.* 49. Διϊπόλια occurrunt, laudaſſe. Eat nunc Jonſius, et ſpurias ineptasque judicet Orationes, quas ipſi antiqui Grammatici, quorum ſpectata eſt eruditio, Harpocration, Pollux, Ammonius, Suidas, non modo ut genuinas probarunt, verum etiam tanquam Attici ſermonis normam adhibuerunt. Haec ſufficiant ad vindicandam γνησιότητα *Orationum de caede*, vel λόγων φονικῶν, quas nobis ſolas reliquas fecit temporis injuria.

Inter Orationes deperditas, teste Pseudo-Plutarcho, prae aliis laudem tulit ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ. Bona fide vertitur, *de generibus vel formis dicendi.* Ridiculum sane orationis argumentum, quale ne ineptus quidem posterioris aetatis Sophista ad populum explicare sustinuisset. Vidit absurdum, quod in hoc titulo est, (et quis non videat?) Jo. Jac. Reiskius *Animadv. in Plutarch. p.* 490. Verum, ut est infelicissimus conjector, hic quoque, περὶ τῶν ἐλαιῶν, *de oleis*, legens, aberravit. Vide, quanto felicius Celeberrimus Ruhnkenius restituerit, ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΤΑΩΝ, *oratio adversus Erasistratum de Pavonibus.* Subjiciamus veterum scriptorum loca, quae palmariam emendationem omni dubio liberent. Athenaeus XII. *p.* 397. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα περὶ Ταῶν. ubi plura laudat ex hac oratione. Aelianus *Histor. Animal.* V. 21. ἐτιμῶντο δὲ τὸν (ταῶν) ἄῤῥενα, καὶ τὸν θῆλυν δραχμῶν χιλίων, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον λόγῳ φησί. Harpocration: Εὐοφθάλμως, ἀντὶ τοῦ εὐπρεπῶς. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ Ταόνων. Idem alibi: Πυριλαμπής. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν Ταῶν. Eustathius ad *Iliad.* B. *p.* 356. Athenaeum, ut solet, describens: Ἀντιφῶν μὲν γὰρ, φασὶν, ὁ ῥήτωρ δισυλλάβως κλίνει, λόγον γράψας, ἐπίγραμμα ἔχοντα περὶ Ταῶν. Forte hicce Antiphontis *Pavo* occasionem dedit Luperco Berytio, Grammatico, scribendi libelli περὶ τοῦ Ταὼ, sicut idem alium libellum scripserat περὶ τοῦ

πα-

παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος. Vide Suidam v. Λούπερκος.

Scripsit etiam Antiphon Ἀλκιβιάδου λοιδορίας, laudatas a vero Plutarcho *Alcibiade* p. 192. F. ἐν δὲ ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη, τινὰ τῶν ἐραστῶν. Hanc quoque orationem Jonsius *p.* 325. in scholis Sophistarum, vel ab alio quodam Alcibiadis inimico potius, quam ab Antiphonte Rhamnusio, scriptam judicat. Quae conjectura non minus vana est, quam illa de Orationum superstitum νοθείᾳ, paulo ante a nobis confutata. Nam quid potest esse magis verisimile, quam Alcibiadem, aequalem Antiphontis, et Quadringentis, quorum princeps erat Antiphon, infensissimum, ab Antiphonte oratione acerba esse laceratum? Atqui, quod Plutarchus scribit, planissime confirmat Athenaeus *L.* XII. *p.* 525. B. elegans ex illa Oratione afferens fragmentum: περὶ δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας οὕτως· ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων, παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα, ᾤχου ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον, οὔτε χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραξόμενος οὐδὲν, οὐδὲ προξενίας οὐδεμιᾶς ἕνεκεν· ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ παρανομίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἀβύδῳ γυναικῶν, ὅπως ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ βίῳ σαυτοῦ ἔχῃς χρῆσθαι αὐτοῖς. ubi Celeb. Ruhnkenius pro παρανομίᾳ legere malit παροινίᾳ· quae vox centies jungitur cum ἀκολασίᾳ. Pertinet ad hanc emendationem stabiliendam locus

Plutarchi *Alcibiad. p.* 211. D. ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἀδείας χρηματίζηται περιπλέων, καὶ ἀκολασταίνῃ μεθυσκόμενος, καὶ συνὼν ἑταίραις Ἀβυδηναῖς, καὶ Ἰωνίσιν. Titulos orationum Antiphontiarum, a viris eruditis collectos, augere licet e Grammaticis ineditis, qui sunt penes Celeb. Praesidem. *Antiatticista MS.* Ἀναδέξαι, οἷον ἐγγυῆσαι. Ἀντιφῶν πρὸς Πολύευκτον. Δεινόλοχος Ἀλθαίᾳ. *Lexicon Sangerm. MS.* Ἀθήναζε. — καὶ τὸ παρὰ Ἀντιφῶντι δὲ ἐν τῷ περὶ ἀνδραποδισμοῦ λόγῳ ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρτημένον τὴν σύνταξιν γράφει δὲ οὕτως· ἐπειδὴ γὰρ ἀπῴκεις τὴν Ἀθήναζε, καὶ ἀπηλλάγην τῆς κληρουχίας. In iisdem Grammaticis alia etiam Antiphontis fragmenta reperiuntur. *Lex. Sangerm. MS.* Ἀδυναμία ἐρεῖς, ὡς Δημοσθένης, καὶ ἀδυνασία, ὡς Ἀντιφῶν, καὶ Θουκυδίδης, καὶ ἀδυναςία, ὡς Δεινόλοχος. † Ἀκόλουθα, Ἀντιφῶν τὰ ἑπόμενα καὶ σύμφωνα. † Ἀποδικεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπολογεῖσθαι. οὕτως Ἀντιφῶν. Ultima glossa etiam est apud Suidam, ubi pro Ἀντιφῶν male legitur Ἀντιφάνης, quamvis cum Suida conveniat Eudemus *Lex. Rhetor. MS.* quod Celeb. Praeses Parisiis evolvit. De horum nominum permutatione *Cap.* IV. nonnulla dicemus. *Lexicon Reg. MS.* Τρίτην ἡμέραν χρὴ λέγειν, οὐχὶ τρεῖς ἡμέρας. Ξενοφῶν· καὶ τρίτην ἡμέραν αὐτὸ τοῦτ' ἔπραττον. Μένανδρος· ἡμέραν τρίτην ἐπεκώμασεν ἡμῖν. Ἀντιφῶν· ἐχθὲς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην μεθ' ἑπτά. *Antiatticista MS.* Ἀπειθαρχία. Ἀντιφῶν πολικῶν. Corrigendum videtur πολιτικῷ, ut ejus λόγος πολιτικὸς intelligatur.

I V.

IV.

Plures Antiphontes clarum in literis nomen habuerunt; ex quibus duo inprimis ipſorum veterum negligentia, dicam, an inſcitia, cum Antiphonte Rhamnuſio ſaepe confudit. Nos breviter de illis diſputemus, omiſſis, quae Jonſius, Fabricius, et Cl. Taylorus *Lect. Lyſiac. C.* VII. occuparunt, et, qui ſecernendi ſint, accurate ſecernamus.

I. Antiphon *τερατοσκόπος*, ſive *haruſpex*, quem ab Oratore bene diſtinguit Hermogenes *de Form. Orat.* II. *p.* 497. Rectiſſime etiam Suidas: *Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, τερατοσκόπος, καὶ ἐποποιὸς, καὶ σοφιστής. ἐκαλεῖτο δὲ λογομάγειρος.* Idem ex alio auctore: *Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης. περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψε.* Tzetzes *Scholio MS.* quod ſupra dedimus, eum ſcribit Alexandri tempore vixiſſe. Sed multum fallitur. Vixit enim tempore Socratis, et invidus divini viri obtrectator, diſcipulos ab eo avertere tentavit. Diogenes Laert. II. 46. ex *Ariſtotele: Σωκράτει τις, καθ' ἅ φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος.* ubi vid. Menagium. Socratis cum hoc Antiphonte contentionem copioſe et eleganter explicat Xenophon *Memorab.* I. 6. Sed Plutarchus et Photius, quadrata rotundis miſcere ſoliti, haec non de Antiphonte *Onirocritico*, ſed de *Rhamnuſio* accipiunt. Plutarchi verba haec ſunt: *διατριβὴν δὲ συνέστησε, καὶ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ διε-*

φέρετο τὴν ὑπερ τῶν λόγων διαφορὰν, οὐ φιλονείκως, ἀλλ' ἐλεγχτικῶς, ὡς Ξενοφῶν ἱςόρηκεν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν. Frontem perfricuiſſe hominem dicas, qui tale quid a Xenophonte ſcriptum affirmare audeat. Nam Xenophon inducit Antiphontem cum Socrate diſputantem, non ut virum probum, et veri inveſtigandi ſtudioſum, ſed ut improbum cavillatorem. Veniebat in mentem, forte Plutarcho ſuccurri poſſe, transponendis ejus verbis. *οὐκ ἐλεγχτικῶς, ἀλλὰ φιλονεικῶς.* Sed hanc medicinam faciendam eſſe negat ejusdem erroris ſocius, Photius: *διενεχθῆναι δὲ φασὶν αὐτὸν καὶ Σωκράτῃ τῷ φιλοσόφῳ, οὐ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ὁρῶντα.* Habeant igitur ſecum errores ſuos, ſerventque ſepulcro. Ipſe vero Xenophon ſatis indicat, illam diſputationem non cum Antiphonte *Rhamnuſio* inſtitutam fuisſe, ſed cum Antiphonte *Onirocritico*, appellans eum *σοφιςὴν*, qui titulus huic Antiphonti tribui ſolet, non *Rhamnuſio* oratori. Sed omnem controverſiam dirimit graviſſimus auctor, Ariſtoteles, cujus teſtimonium paulo ante ex Diog. Laert. laudavimus. Quo magis miramur, inter ipſos Veteres hac de re non ſatis conveniſſe. Nam, teſte Athenaeo L. XV. p. 673. F. *Andrantus* librum ſcripſerat, compilatum poſtea ab *Hephaeſtione*, Grammatico, *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος.* Vidimus *Cap.* 1. Hermogenem Antiphonti *haruſpici* tribuere *λόγον περὶ ἀληθείας, λόγον περὶ ὁμονοίας, λόγον πολιτικὸν*, et *λόγους δημηγορικούς.* Sed

ut

ut posteriores orationes ad *Rhamnusium* referendae videntur, sic omnium consensu libri περὶ Ἀληθείας tribuuntur Antiphonti *Sophistae*. Grammatici veteres apud Fabricium *duos* hujus operis *libros* laudant. Sed *liber decimus sextus* in *Schol. MS. Demosthenis*, quod Wolfius ad eum affert p. 1151. citatur: ἐν τῷ ι̅ϛ τῆς Ἀληθείας ὁ αὐτὸς κέχρηται καὶ ἐπὶ διακοσμήσεως. Hanc tamen lectionem dubiam faciunt Harpocration et Suidas v. Διάθεσις, apud quos eadem glossa reperitur, legentes ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἀληθείας. Videtur igitur opus in duos tantum libros divisum fuisse. Vir praeclarus, Joannes Alberti, cujus morte Graecae literae ingens damnum fecerunt, hunc Antiphontis librum laudari putabat ab Hesychio in hac glossa: Γλαὺξ ἐν πόλει. παροιμία. ταῖς ἀληθείαις ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φειδιού ἐν τῇ ἀκροπόλει. cujus opinionem non sequar. Nam primum hic liber nusquam vocatur αἱ Ἀληθεῖαι, ubique ὁ περὶ Ἀληθείας, vel ὁ Ἀληθείας, sicut ipse Hesychius alibi laudat: Ἄβιος. πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας ά. Deinde ταῖς ἀληθείαις omnino capiendum pro *re vera*, ut bene cepit Kusterus. Similiter *Scholiastes Aristophanis ad Vesp.* vſ. 1081. Γλαῦκα δὲ, τὴν Ἀθηνᾶν φασὶ δὲ, κατὰ τὸ ἀληθὲς γλαῦκα διαπτᾶσθαι, τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις ἀπαγγέλλουσαν. Tradit Origenes *adv. Celsum* IV. p. 176. Antiphontem hoc libro *providentiam sustulisse*: κἂν Ἀντιφῶν, ἄλλος ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις περὶ Ἀληθείας παραπλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ. Ad hanc

hanc ejus doctrinam referendum videtur fragmentum, quod extat apud Suidam: Ἀδέητος. ὁ μηδενὸς δεόμενος, καὶ πάντα ἔχων. Ἀντιφῶν ἐν ά Ἀληθείας· Διὰ τοῦτο οὐδενὸς δεῖται, οὔτε προσδέχεται οὐδενός τι, ἀλλ' ἄπειρος, καὶ ἀδέητος. ubi pro ἄπειρος forte emendandum εὔπορος, quamvis vulgata lectio etiam explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vides igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam, in philosophiam suam transtulisse. Vid. Diogen. Laert. X. 139. et ibi Menagium. Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat Lucretius II. 645—650.

Omnis enim per se Divûm natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

Hanc observationem, a Celeb. Ruhnkenio mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri περὶ Ἀληθείας, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Seniorem, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoe-

diis

diis reprehendendis perniciem ſibi arceſſivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionyſium graviter offendit. Nam quaerenti Dionyſio, quodnam aes optimum eſſet, reſpondit, ex quo Athenienſes Harmodii et Ariſtogitonis ſtatuas conflaſſent. Vid. Plutarch. *de Adul. et Am. diſcr. p.* 68. A. *de Stoicor. repugn. p.* 1051. C. Haec Philoſtratus *p.* 500. Pſeudo-Plutarch. et Photius male referunt ad Antiphontem Rhamnuſium, quos ſatis confutat diverſa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat Ariſtoteles *Rhet.* II. p. 76. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων. Ex Antiphontis dramatis laudatur Ἀνδρομάχη ab *Auctore Ethic. Eudem.* VIII. 4. Μελέαγρος ab Ariſtotele *Rhet.* II. p. 108. Quibus Jonſius et Fabricius male addunt Πλήξιππον. Nam ex Ariſtotele *Rhet.* II. p. 63. apparet, *Plexippum* non drama fuiſſe, ſed perſonam inductam in Μελεάγρῳ. De *Plexippo* ſingulari libello diſputaſſe *Andrantum*, Grammaticum, docet Athenaeus L. XV. p. 673. F. Hinc Cel. Praeſes emendabat Pollucem X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ legens ἐν Ἀντιφῶντος Μελεάγρῳ· cui eadem medicina adhibenda videbatur VII. 57. ubi Ἀντιφάνης ἐν Μηδείᾳ laudatur. Forte Antiphontis Μηδεία non aliud drama fuit, quam Ἰάσων, quod, nusquam ab editis ſcriptoribus memoratum, citatur

ab

ab *Antiatticista* MS. Διετίθουν, διετίθεσαν. Ἀντιφῶν Ἰάσονι. Idem Grammaticus bis Antiphontis Ἄδωνιν laudat: Ἀκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς, Εὐκλήρωμα, ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. Et alio loco: Ἀνὰ μέσον. ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. Sed alibi hanc fabulam Antiphani tribuit: Κατάλυσιν. καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Sic incerti ſumus, utrum Antiphon, an Antiphanes, *Adonidem* docuerit. Malim tamen hoc drama ad *Comicum*, quam ad *Tragicum*, referre, propterea quod alii etiam Comici, Plato, Araros, Philiſcus idem argumentum tractarunt. Haec pluribus adſtrui poſſent tum ex aliis ſcriptoribus, tum ex praeclaro illo *Antiatticista* MS. qui aliquando, ut ſperamus et optamus, in lucem vindicatus, veterum Dramatum rationi novum lumen affundet. Perpetua vero eſt apud alios etiam ſcriptores *Antiphontis* et *Antiphanis* confuſio. Sic apud Stobaeum *Serm.* XXI. *p.* 176. et *S.* LIX. *p.* 382. alii Codd. Ἀντιφάνους habent, alii Ἀντιφῶντος, notante C. Gesnero. Apud eundem *Serm.* XXIV. *p.* 192. ſimilem varietatem e MSS. Pariſinis adnotavit immortale Batavi nominis decus, Hugo Grotius in exemplari ſuo, quod ſervat Bibliotheca publica Leidenſis. Suidas: Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει. ἀντὶ τοῦ πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφάνης. At Photius *Lexico MS.* legit Ἀντιφῶν. Haec nominum permutatio induxit Steph. Berglerum ad Ariſtoph. *Nub. vſ.* 1419. ut Antiphontem vocaret *Comicum*, qui *Tragicus* fuit: quamquam

quam nec Antiphonti *Tragico*, nec Antiphani *Comico* dictum illud a Scholiaste *l. c.* laudatum, *γηροτροφία προσέοικε παιδοτροφίᾳ*, tribuendum erat. Nam ad Antiphontem Oratorem diserte refertur a Clemente Alex. *Strom.* VI. *p.* 748. Hactenus de Antiphonte Tragico.

III. Antiphon, Medicus, qui scripsit *σύνοψιν τῶν κατ' ἄνθρωπον*. Pollux II. 224. *'Αντιφῶν δὲ (ἐπίπλουν) ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως λέγει ἐν τῷ ἐνθα σύνοψις τῶν κατ' ἄνθρωπον.* Hanc lectionem e Codice Antwerpiensi profert Vir Graece doctissimus, Joach. Kuhnius, e qua, licet corrupta, tamen evidens est, laudari Antiphontis *σύνοψιν τῶν κατ' ἄνθρωπον*. Quod autem Pollux illius auctoritate utitur, inde colligi potest, scriptorem et elegantem et vetustum fuisse. Alia quoque nobis in Polluce, quae ex hoc Antiphonte sumta sint, deprehendisse videmur. v. c. II. 41. *τὸ δὲ ποιοῦν τὸ νόσημα, καροῦν 'Αντιφῶν φησί. ibid.* 215. *τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν, καὶ ἔναιμον, καὶ ἐναιμῶδες παρὰ 'Αντιφῶντι. ibid.* 223. *καὶ 'Αντιφῶν δὲ εἴρηκεν· ἐν ᾧ τὸ ἔμβρυον αὐξάνεταί τε καὶ τρέφεται, καλεῖται χορίον.* Apud alios scriptores hujus Antiphontis nullam mentionem invenimus.

IV. Antiphon, Philosophus et Mathematicus, qui scripsit *de quadratura circuli*, et *de rerum natura*, laudatus Aristoteli *Sophist. Elench.* I. 10. et Phys. I. 2. ejusque Interpretibus, Themistio, Simplicio, Philopono, item Plutarcho *de Placit. Philosoph.* II. p. 901. Proclo *in Platonis Timaeum*

p. 4.

p. 4. Stobaeo *Ecl. Phyſ.* I. p. 55. 59. Euſebio *Praep. Euang.* XV. p. 838. 851. aliisque.

V. Antiphon, recentior, ut videtur, ſuperioribus, qui ſcripſit περὶ τοῦ βίου τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων, laudatus Diogeni Laertio VIII. 3. et Porphyrio *de vita Pythag.* p. 9.

VI. Antiphon, ſcriptor libri περὶ Γεωργικῶν, quem unus citat Athenaeus L. XV. p. 650. E.

DISSERTATIO

DE

TUTELIS ET INSIGNIBUS NAVIUM.

I.

Navium Tutela erat, picta fictave, Dei, vel herois alicujus imago, ſemper in puppi collocata, nautarum vectorumque praecipua religio, cui ſupplicabant, cujus opem auxiliumque, tempeſtatum procellis jactati, implorabant, quam denique, ſi quid mali ominis eſſet commiſſum, variis ritibus expiabant.

Inſigne vero, Graecis *παράσημον*, vel *ἐπίσημον* (*), erat

(*) *Paraſiam* non uno loco appellat Joh. Schefferus *de Mil. Nav. L.* III. *cap.* 1. corrupto, ut videtur, loco inductus *Scholiaſtae* Juvenalis *ad Sat.* IV. 77. ubi antea legebatur, *ex quibus Liburnae paraſia:* Παράσιμον caeteroqui, ne quis hujus ſoni vicinitate decipiatur, ap. Lucian. *Tom.* III. *p.* 255. eſſe videtur veli ſupparum, Belgice *het top zeyl.* Vid. Gesner ad l. c.

erat ſimulacrum ſive Dei, ſive herois, ſive virtutis alicujus, vel animalis προτομὴ, vel cujuscunque tandem rei imago, in prora ſemper conſtituta, unde navis nomen accipiebat.

De utriusque, cum cognatione, tum diſcrimine, tum etiam propria in navi ſtatione dicturus, non alienum ab inſtituto arbitror, quaedam praemittere, quae pertineant ad rei originem paullo clarius ob oculos ponendam.

Tutelarum origo ſine dubio eſt repetenda ex more illo, qui ne nunc quidem, in tanta veritatis luce, plane exolevit, omnia numinibus quibusdam dedicandi. Credebat ſcilicet vana mortalium ſuperſtitio, Deos res eas, quibus eſſent praepoſiti, multo intentiori cura conſervare. Sic imperiorum, regionum, urbium, aedium, viarum et ejusmodi rerum tutelae, ut de templis hominibusque Deorum cultui dicatis taceam, paſſim apud veteres auctores inveniuntur.

Itaque cum haec conſuetudo omnibus prope gentibus communis eſſe videatur, nihil eſt quod miremur, ſi naves etiam, incerto mari jactandae, tantisque obnoxiae tempeſtatibus et periculis, in Dei tutelaris fidem atque clientelam conceſſerint.

Et convenit credere, antiquiſſimis temporibus rei navalis curam, non niſi Diis marinis fuiſſe commisſam. Nam quibus potius ſe ſuaque omnia crederent homines in altum evehendi, quam Neptuno, Nereidibus, Tritoni, inprimisque illis navigantium ſer-

servatoribus, Castori et Polluci, quibus ipsas surdi maris undas dicto audientes esse fabulae tradunt?

Procedente vero tempore, quorumvis numinum imperio res navalis subjecta est, ita tamen, ut, quemadmodum aliis in locis alia numina praecipuo honore colebantur, sic etiam pro gentis et cerimoniarum diversitate aliis aliisque Diis naves commendarentur.

Hac ratione Paris, cum, annuente Venere, omnium pulcherrimam Helenam sibi ex Graecia uxorem esset quaesiturus, praesidem illam amoris Deam, suis quoque navibus tutelam praeposuit, teste Ovidio *Epist.* XVI. 173.

Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo;
Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

Et quamvis Graeci propriam minime habuerint tutelam, ut *cap.* III. latius ostendemus, tamen et ipsi hoc quodam modo observarunt. Sic Athenienses, apud quos maxima Minervae religio vigebat, in navium proris collocata habuerunt *ἀγάλματά τινα ξύλινα τῆς Ἀθηνᾶς καθιδρυμένα, ὧν ἐπιμελοῦνται οἱ μέλλοντες πλεῖν*, sicut ait *Schol.* Aristophan. *ad Acharn.* *vs.* 546. Hujus moris rationem habuit Euripides *in Iphigen. in Aul. vs.* 27.

Ἀτθίδος δ' ἄγων
Ἑξήκοντα νῆας ὁ Θησέως

Παῖς, ἑξῆς ἐναυλοχεῖ, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις
Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν, θετὸν,
Εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.

Parasema vero communis utilitas peperit, ut naves, ſtructura atque ornamentis ſimillimae, aliquo ſaltem diſcrimine diſtinguerentur.

Tempus autem, quo primum tutelae et inſignia in quotidiano hominum uſu eſſe coeperint, licet accurate definiri minime poſſit, vix tamen mihi dubitandum videtur, quin cum ipſa navigandi arte ſint nata. Phoenicibus certe, qui primi ratem ventis credidere, ſub Pataecorum nomine illa uſitata fuiſſe tradit Herodotus III. 38. ἔστι γὰρ τοῦ Ἡφαίστου τὤγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταϊκοῖσι ἐμφερέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριηρέων περιάγουσι. De Pataecis, quae dici poſſent, dudum dixerunt alii; adſcribam tantum locum Seldeni *de Diis Syris, Syntagm.* II. *c.* 16. *p.* 279. affirmantis, *eorum nomen generale, et Diis omnibus Phoeniciis, forſan et Syris, commune fuiſſe; et ſub Pataecorum nomine, nunc Baälem, nunc Aſtarten, ſive alium Deum ſignificari, quem cubitali figura, aut Pygmaei ſtatura in navium et proris et puppibus circumferebant. Proris*, ait, et *puppibus*, quod in hac quoque navium parte Pataecos collocant *Scholiaſt.* Herodoti *ad l. cit.* Suidas et Heſychius voce Πάταικοι: minus tamen accurate, ut ex numo Si-

Sidonio oſtendit Joh. Swintonus *in differt. de num. Samar. et Phoen. p.* 60. Conciliare tamen hos, quos laudavi, ſcriptores conatur cum Herodoto Seldenus, l. c. ut ſcilicet utraque pars navis extrema Pataeco fuerit conſpicienda, qui in puppi tutor, ſeu Deus Averruncus, in prora autem navis inſigne foret. Enimvero, cum conſtet, illam Grammaticorum gloſſam ex uno fluxiſſe Herodoto, ſimul etiam liquet, illos *πρύμνῃσι* pro *πρώρῃσι* mendoſe ſcriptum in ſuis Herodoti codicibus inveniſſe, atque adeo errantium Grammaticorum nullam habendam eſſe rationem.

Pataeci igitur fuerunt navium tutores et Dii averrunci: niſi quis tamen malit Pataecos explicare, tanquam ſigna quaedam publica auctoritate conſtituta, quibus ſcilicet Phoeniciae ab aliarum gentium navibus diſtinguerentur; qualia ſigna peculiaria penitusque a tutela et paraſemo diverſa fuiſſe putat Scheffer. *de Mil. Nav.* III. 2. et quemadmodum *παρασήμῳ* ejusdem populi navigia diſcernebantur, ſic etiam hoc *σημείῳ* diverſarum gentium naves dignoſci.

Equidem fateor, Ἀττικῶν σημείων, quibus Chabrias, Athenienſium imperator, ſuas naves cognoſcebat, mentionem facere Polyaenum *Strateg.* III. 11, 11. eundemque Περσικὸν σημεῖον VIII. 53, 1. quale cum Graeco habuit Artemiſia VIII. 53. 3. commemorare; non tamen inde mihi perſuadere poſſum, haec ſigna a Graecorum *παρασήμοις* fuiſſe diverſa. Sed horum plenius tractandorum §. 111. occaſio

 erit

erit accommodatior. Manifeſtus tamen error eſt Schefferi, equos Gaditanae navi ap. Strabonem II. *p.* 158. inſculptos, etiam huc referentis. Cum enim naves *Equorum* nomina habuerint *ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρώραις ἐπισήμων*, facile intelligitur, *Equos* non tale *σημεῖον*, ſed ipſum fuiſſe *παράσημον*.

Tutelarum vero et paraſemorum vetuſtas heroïca tempora attingit, quorum fabulae quam plurimae non aliunde rectius, niſi ex hac doctrina, explicari poſſunt. Ut dictis ſit fides, exempla proferamus. Iŏ, Inachi Filia, in bovem mutata eſſe, et oeſtro percita, narratur a poëtis in Aegyptum profugiſſe. Si fabulae involucra demas, invenies navi in Aegyptum avectam eſſe, inſigni Bovis ornata: quamquam, ne quid diſſimulemus, illam aliter explicat doctiſſimus Jablonskius *in Pantheo Aegyptiorum L.* III. *c.* 1. *p.* 5. Sic Europa ab Jove, in taurum mutato, per mare in Cretam avecta traditur, quod hinc commode ſic explicari poteſt, Gnoſſium, ſive Crétenſem hominem eam raptam, navi, cui Taurus erat paraſemon, impoſuiſſe. Conſentit Pollux *L.* 1. *Segm.* 83. *Ὡς εἰκάζειν, ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ* ΤΑΥΡΟΣ, *ὁ τὴν* Εὐρώπην *ἀγαγών*. quomodo hanc et, quae praecedit, fabulam etiam explicat Fulgentius *Mythol.* 1. 25. Nec aliunde Triptolemi fabulam interpretatur *Scholiaſtes ineditus* Ariſtidis *ad Panathen. p.* 105. quem nobiscum humaniſſime communicavit Cl. D. Ruhnkenius. Integrum locum adſcripſiſſe non pigebit: Καὶ τὸ ἅρμα πτερωτὸν] Τὰ

μυ-

μυθικὸν ἡρμήνευσε, τὸ τάχος ἅρματι πτερωτῷ παραβαλών. λέγεται γὰρ, ὅτι Δημήτηρ τῷ υἱῷ τοῦ Κελεοῦ, τῷ Τριπτολέμῳ, παρέσχεν ἅρμα ἐξ ὄφεων πτερωτῶν, ἵνα, ἐπὶ τούτου ὀχούμενος, διδῷ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις τὸν σῖτον, καὶ ταχέως πληρώσῃ τοῦ σίτου τὴν γῆν· καὶ ὅμως Ἀριστείδης οὕτως ἔδοξεν εἶναι πτερωτὸν τὸ ἅρμα, ὅτι ταχέως ἄνω τε καὶ κάτω ἀπήρχετο. Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ, ὅτι ἡ ναῦς, ἔνθα ἦν ὁ Τριπτόλεμος, διὰ τοῦτο ἐνομίσθη ὑπόπτερος, ἐπειδὴ ἐξ οὐρίας ἐφέρετο δρόμῳ οἱ δὲ ἀναλύοντες τὸν μῦθον φασὶ τοῦτο· ἅρμα γὰρ δρακόντων φασὶν, ὅτι τῷ πλοίῳ ὄνομα ΑΡΜΑ, *πτερωτὸν δὲ εἶναι τῶν δρακόντων τὸ ἅρμα διὰ τὰ ἅρμενα· ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδος (Ἔργ. καὶ Ἡμ.* vſ. 625.) *φησὶ πτερὰ νεὼς τὰ ἅρμενα.* Navis igitur, quemadmodum *παράσημον*, ita et nomen erat ΑΡΜΑ. Pari ratione Bellerophontis fabulam explicat Palaephatus *c.* 29. *ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ* ΠΗΓΑΣΟΣ, *ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει·* et Is. Tzetzes *ad Lycophronis Caſſandr. vſ.* 17. Paraſemon ſcilicet erat PEGASUS. De Perſeo autem ſic loquitur c. 32. Palaephatus: *ἀπαιτήσας δὲ τριήρη, ἀπέθηκε τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἐπ' αὐτὴν, καὶ τῇ νηῒ ὄνομα ἔθετο* ΓΟΡΓΩΝ. Similiter de Andromeda Conon. *Narr.* 40. *Φοίνικος δ' ἁρπάσαντος νηΐ·* (ΚΗΤΟΣ *δὲ αὐτὴ ἐκαλεῖτο, ἢ μίμησιν ἔχουσα τοῦ ζώου, ἢ κατὰ τύχην) ἡ Ἀνδρομέδα, ὡς κατ' ἄγνοιαν τοῦ πατρὸς ἁρπαζομένη κ. τ. λ.* Quin et veram de Chimaera fabulae interpretationem hinc arceſſit Plutarchus *de virt. mul. Tom.* II. *p.* 247. *Ἀμισώδαρος γὰρ, ὥς φασιν, ὃν Ἰσάραν Λύκιοι*

κιοι καλοῦσιν, ἧκεν ἐν τῆς περὶ Σελείαν ἀποικίας Λυκίων, ληςρίδας ἄγων ναῦς, ὧν Χίμαῤῥος ἡγεῖτο, πολεμιςὴς μὲν ἀνὴρ, ὠμὸς δὲ καὶ θηριώδης· ἔπλει δὲ πλοίῳ ΛΕΟΝΤΑ *μὲν ἔχοντι πρώραθεν ἐπίσημον, ἐκ δὲ πρύμνης* ΔΡΑΚΟΝΤΑ. Pari quoque ratione notiſſimae de Ganymede fabulae hinc lucem adferre conatur Lactantius *Divin. Inſtit.* I. II. 19. *Rapuiſſe dicitur in aquila Catamitum. Poëticus color eſt. Sed aut per legionem rapuit, cujus inſigne aquila eſt; aut navis, in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in* AQUILA *figuratam: ſicut* TAURUM, *cum rapuit et transvexit Europam.* Fallitur tamen praeclarus Doctor, cum tutelam dicit fuiſſe aquilam. Multo enim eſt veroſimilius, hiſce navibus Aquilam et Taurum, non tutelam, ſed paraſemon fuiſſe. Sed de his poſtea copioſius agemus.

Occurrit etiam nobis celebratiſſima Phrixi et Helles fabula, de qua, licet paullulum a noſtra ſententia diſcrepet, ſaepius jam a nobis laudatus, Palaephatus, pronunciare tamen vix dubitem, iſti quoque navi, quae Phrixum vexit, *παράσημον* fuiſſe Arietem, unde navis ſit appellata. Sic enim Diodorus Siculus *L.* IV. *p.* 290. *διαπλεῦσαι Φασὶν τὸν Φρίξον ἐπὶ νεὼς, προτομὴν ἐπὶ πρώρης ἐχούσης* ΚΡΙΟΥ: et Tacitus *Annalium* VI. 34. 4. *Nec quisquam* (ſcilicet Iberus vel Albanus) *ariete ſacrificaverit, credito vexiſſe Phrixum: ſive id animal, ſeu navis inſigne fuit.* Sed Palaephatus, qui hic paullo diverſam interpretationem ſequitur, *cap.* tamen 21. ubi de Scylla

la agit, ſententiam noſtram egregie confirmat: Ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα, τὸ, τε ὄνομα ΣΚΥΛΛΑ: et cap. 30. ubi Pelopis fabulam ſolvit: ῥητέον οὖν, ait, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον· ἐγέγραπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου, ΙΠΠΟΙ ΥΠΟΠΤΕΡΟΙ. Nempe navis paraſemo ſive inſigni Equorum Alatorum ornata fuiſſe videtur.

Huc etiam referendus, licet navis παράσημον fuiſſe certo affirmare non audeam, eſt ille Lebes, quo, tanquam navigio, Oceanum trajeciſſe Herculem antiqua tradit hiſtoria. Vid. Athenaeum XI. *p.* 469. D. Macrob. *Saturnal.* V. 21. Servium *ad* Virg. *Aeneid.* VII. vſ. 662. etc. Idem enim Macrobius l. c. arbitratur, *non poculo Herculem maria transvectum, ſed navigio, cui Scypho nomen fuit.* Pari ratione Nymphis Heracletota ap. *Schol.* Apollonii Rhodii II. 168. Νύμφις μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀκαρίωνα, ὡς ἄρα Φρύγες, διαπλεῦσαι βουλόμενοι τὸν πορθμὸν, κατεσκεύασαν ναῦν ἔχουσαν ἐγκεχαραγμένην προτομὴν Ταύρου. διαπλευσάντων δὲ αὐτῶν, ἀπὸ τοῦ εἴδους, τοῦ περὶ τὸ σκάφος, προσαγορευθῆναι τὸ πέλαγος Βόσπορον. — οἱ δὲ, καθὸ ὁ Φρίξος ἐπὶ κριοπρώρου σκάφους ἔπλευσεν. Similiter Stephanus *de Urbibus* in voce Ταυρόεις· Ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι Ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς, ἡ διακομίσασα τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας, οἳ ἀποῤῥιφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων, καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι, ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν.

Cur autem Scyphum Herculis, quem paullo ante com-

commemoravimus, inter navium parasema haud referam, haec est ratio. Scilicet veteres, id quod et apud nos in more positum est, navium quaedam genera a forma structurae appellabant. Ita, quae figura proxime ad pocula accederent, poculorum nomine insigniebantur. Exemplo sit *cymba*, notissimum navigii genus, quod pro poculo occurrit apud Athenaeum XI. p. 482. E. Similiter κύπη, Latine *cupa*, Hesychio est εἶδός τι νεώς. A κύπη non nisi forma differt *cybea*, quod itidem navis nomen est Ciceroni *Verrin.* V. 17. Vid. Bezam *in Ep. Paulli ad Ephesios* IV. 14. Turneb. *Adverf.* XXII. 12. Quae mihi magis arridet sententia, quam quod navis propter latitudinem, qua paene ad κύβου formam accederet, ita nominata sit.

Sic etiam κάνθαρος Athenaeo XI. *p.* 473. D. κάνθαρος ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα, κοινόν, et *p.* 474. B. Macrobio *Saturn.* V. 21. Hesych. voce Κάνθαρος. Quorum duo priores Menandri locum ex Nauclero afferunt:

> Τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
> Πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
> Στρ. Ποῖον; Α. τὸ πλοῖον· οὐδὲ γ' οἶσθας, ἄθλιε.

Quanquam in eam inclino partem, ut putem, navem non a forma structurae hoc nomen accepisse, sed χρυσοῦν κανθαρον habuisse paresemon. Huc etiam quis referat locum Aristophanis *in Pace* vs. 142.

Τὸ

Τὸ πλοῖον ἐςαι Ναξιουργὴς κάνθαρος.

De κανθάρῳ enim, feu fcarabaeo, quo coelum petiturus erat Trygaeus, loquens, alludit ad Naxias naves, quae infigne τοῦ κανθάρου gerebant.

Haec fufficiant ad confirmandam eft ftabiliendam parafemorum antiquitatem. Sed antequam rem ipfam propius aggrediamur, non alienum videtur, nominum, quae navibus tributa funt, catalogum hoc loco fubjicere. Horum rara mentio eft apud hiftoricos, frequentior apud poëtas, qui illis commemorandis ornamentum carminibus fuis quaefiverunt; frequentiffima vero horum nominum eft memoria in claffiariorum militum infcriptionibus, ex quibus complura in unum locum congeffit A. F. Gorius *V. Cl. Infcript. Florentin.* *Tom.* III. *p.* 70. *feqq.* Ex hoc catalogo fimul etiam apparebit elegans veterum ratio, qui navibus fuis plerumque vel a Diis, vel ab Heroibus, vel a virtutibus nomina indiderint, non a praediorum, vel uxorum filiarumque nominibus, ut faepe faciunt cives noftri, nefcio quid humile fecuti.

Primum igitur hoc loco, fecundum literarum feriem, exhibemus naves, Deorum Heroumque nominibus nuncupatas.

AESCULAPIUS. Ariftid. *Serm. Sacr. T.* I. *p.* 534. Trir. ap. Gruter. *Infcript. p.* DCCCVI. 10. Reines. *Cl.* VIII. *Num.* 32. Murat. *Infcr. p.* DCCCXXVII. 5. *p.* DCCCLXIX. 6.

APOL-

APOLLO. Triremis ap. Gruter. *Inscr. p.* DLXX. 8. Muratorium *Inscr. p.* DCCCLXIV. 7. *p.* DCCCLXIX. 6. SOLIS quoque nomine, qui idem Apollini perhibetur, vocata triremis est apud Gorium *Inscr. Flor. Tom.* III. *p.* 74. Murator. *p.* DCCCXLIII. 3. et Maffeium *Mus. Veron. pag.* CCCCVII. 9.

CERES. Trir. Maffei. *Mus. Veron. p.* CCCCLXXV. 11.

CUPIDO. Trir. Murat. *p.* DCCCLX. 7.

DIANA. Trir. ap. Oliverium *ad Marmora Pisaurensia*, *p.* 176. Murat. *p.* DCCLXXI. 7. item in alio lapide corrupto, *p.* DCCCXXXIX. 8. (quem explicat Erud. J. A. Hultman. *in Miscell. Epigraph. p.* 256.) et *p.* DCCCLI. 2. Liburna *p.* DCCCLXX. 8.

ΔΙΟΣΚΟΤΡΟΙ. Lucas in *Act. App.* XXVIII. 11. et CASTOR solus, Triremis ap. Murator. *p.* DCCCIX. 4.

HERCULES. Trir. Fabrett. *de Col. Trajani p.* 114. Don. *Inscr. Cl.* VI. *n.* 9. Oliver. *ad Marm. Pisaur. p.* 175. Ad Herculem etiam videtur pertinere inscriptio ap. Murat. *p.* DCCLXXV.

C. AEMILIO SEVERO
7 N. PAN. VIX. AN. XLII
MIL. AN. XXII III. HER.
VALERIA FLAVINA
CONI. P. C.
ET PINNIUS PROBUS. H.

Ex-

Explicat editor *Centurioni numeri Pannonici*, quid III. HER. significet, in medio relinquens. Mihi hic titulus sic explicandus videtur: *Cajo Aemilio Severo*, *Centurioni*, *Natione* PANnonio, VIXit ANnos XLII. MILitavit ANnos XXII. III. (*Triere*) HERCULE *etc.*

ISIS. Lucian. *Dial.* Πλοῖον *T.* III. *p.* 251. Trir. ap. Gruterum *Inscr.* *p.* DLVI. 8. Fabrett. *Inscr.* *p.* 364. IUS autem nomine, quod Isis ante gessit, navis occurrit ap. Silium Italic. XIV. 517. ubi vid. N. Heinsius.

JUPITER. Hoc nomine triremis est ap. Maffeium *Mus. Veron.* *p.* CCCCLXXVII. 7. et navem, *Jovis* AMMONIS nomen gerentem, commemorat Silius XIV. 572. Ab Ammone etiam denominata est ΑΜΜΩΝΙΑΣ ap. Ulpian. *in* Demosthen. *contra Midiam* *p.* 214. qui locus omnino adscribi meretur: Ἦσαν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἱεραὶ δύο τριήρεις, ἥτε ΣΑΛΑΜΙΝΙΑ, ἣν καὶ ΔΗΛΙΑΝ ἐκάλουν· καὶ ἡ ΠΑΡΑΛΟΣ· ὕστερον δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς ἐγένοντο, ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ, καὶ ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ, καὶ ΑΜΜΩΝΙΑΣ· ἐπειδὴ τῷ Ἄμμωνι δι' αὐτῆς τὰς θυσίας ἔπεμπον. Suidas *voce* Πάραλος, duas tantum accessisse dicit: ὕστερον δὲ καὶ ἄλλαι δύο προσεγένοντο αὐταῖς, ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ τε καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ. Notandum etiam pro Πτολεμαῖς ab eo poni Δημητριάς. Cum Ulpiano convenit Photius *in Lex. MS.* nisi quod Δημητριὰς habeat, ut Suidas: ΠΑΡΑΛΟΣ, ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ ΣΑΛΑΜΙΝΙΑ· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τριήρεις β,

AN

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ. ἐςὶ δὲ καὶ ΑΜΜΩΝΙΑΣ. *Ammonias* ab Jove Ammone, *Antigonis*, *Demetrias*, *Ptolemais* a regibus Macedoniae et Aegypti nomen habent, ſicut etiam hujus nominis tribus. Naves *Antigonis* et *Demetrias* forte ſic appellatae ſunt ex Stratoclis decreto, quo ſancitum eſt, ut legati, qui ad Antigonum et Demetrium mitterentur, non πρέσβεις, ſed θεωροὶ vocarentur, quaſi qui ſacras legationes in Delum vel Delphos obirent. Vid. Plutarch. *Demetr. T.* 1. *p.* 893. Apud Gregorium Nazianz. *in carm. de vita. T* II. *ed. Pariſ. p.* 13, 14. locus occurrit, ſilentio minime praetereundus, quem, licet longiorem, integrum apponamus:

—— καὶ τὸ συντεθὲν κακὸν
Πόῤῥωθεν ἦλθεν ἡμῖν, Αἰγύπτου νέφος,
Κατάσκοποι μὲν πρῶτον, οὓς τῆς ἐγκρίτου
Γῆς Ἰσραὴλ ποτ' ἐξέπεμψ' ὁ γεννάδας
Πλὴν οὐκ Ἰήσους, οὐδὲ Κάλεβ οἱ σοφοὶ,
Ἀλλ' εἴ τις ὕβρις ἐν νέοις καὶ πρεσβύταις,
ΑΜΜΩΝ, ΑΠΑΜΜΩΝ, ΑΡΠΟΚΡΑΣ,
ΣΤΙΠΠΑΣ, ΡΟΔΩΝ,
ΑΝΟΥΒΙΣ, ΕΡΜΑΝΟΥΒΙΣ, Αἰγύπτου θεοὶ,
Πιθηκόμορφοι, καὶ κυνώδεις δαίμονες,
Δύςηνα ναυταρίδια καὶ παράφθορα,
Εὔωνα μίκρου κέρματος, πολλοὺς θεοὺς
Ρᾷς' ἂν προθέντα, εἴπερ ἦσαν πλείονες.

Men-

Mentionem facit Gregorius frumentariae ab Aegypto classis, quae subsidium, ut prius Romae, ita postea fuit Byzantii, atque ex ea naves quasdam nominat Deorum Aegyptiorum nominibus nuncupatas. Ex his *Ammon*, *Harpocrates*, *Anubis* atque etiam *Hermanubis* ex Aegyptiorum mythologia notissimi sunt; sed prorsus ignoti, *Apammon*, *Stippas*, *Rodon*. Corrupto nomini Ἀπάμμων quomodo medear, nunc non invenio. Reliquorum certa emendatio haec est:

ΑΜΜΩΝ, ΑΠΑΜΜΩΝ, ΑΡΠΟΚΡΑΣ, ΣΑΡΑΠΙΣ Τ' ΑΔΩΝ.

Mox pro κυνώδεις δαίμονες scribe κυνώπεις δαίμονες. Mirum fuisset, si in Aegyptiorum numinum concilio *Serapis* praetermissus esset. Neque movere quemquam debet, quod apud utriusque linguae poëtas media syllaba fere semper producta inveniatur. Sunt enim loci, in quibus corripiatur, ut apud Prudentium *in Symmach.* II. *vs.* 531.

Nil potuit Serapis Deus, et latrator Anubis.

Martian. Cappella II. *p.* 43.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Adon idem est qui *Adonis.* Mart. Cappella *l. c.*

Am-

Ammon et arentis Libyes, ac Byblius Adon.

ubi prima syllaba hujus nominis porrigitur contra veterum consuetudinem, ut H. Grotius notat. Vide Interpretes ad Hesych. *v.* Ἄδωνα, et Cl. P. Burmann. Sec. ad *Anthol. Latin. T.* 1. *p.* 43.

LIBER PATER. Trieris apud Muratorium *p.* DCCCXXIX. 10.

MARS. Trieris ap. Murat. *p.* DCCLXXX 5. Dicrota ap. Fabrett. *Inscr. p.* 366. Gor. *Inscr. Flor. Tom.* 1. *p.* 143. Murat. in depravato lapide *pag.* DCCLXXXIX. 2. quem repetit *p.* MMXXXIII. 6.

MERCURIUS. Quadrir. Murat. *p.* MMXXXVII. 1. Trir. *p.* MMXXVII. 4.

MINERVA. Trir. ap. Murat. *p.* DCCLXXX. 4. *p.* DCCXCIII. 6. (quem tamen lapidem de legione *Minervia* explicat J. A. Hultman. *p.* 166.) et *p.* DCCCLI. 7. ap. Maffeium *Mus. Ver. p.* CXXV. 1. Et Graeco nomine ATHENA, trir. ap. Gor. *Inscr. Flor.* 1. *p.* 241. Murat. *p.* DCCCXLI. 4. qui *Athenae* legit, quasi ab urbe nomen acceperit: perperam, ut saepe.

NEPTUNUS. Praetoria ap. Murat. *p.* DCCCIX. 7. Trir. *p.* DCCCLII. 3. *p.* DCCCLXIII. 3. *p.* DCCCLXV. 4. Liburna apud Reinesium *Cl.* VIII. *Num.* 44. quam inscriptionem a prava Reinesii interpretatione vindicat Gorius *Inscr. Flor. T.* 1. *p.* 244.

NEREIS. Sil. Ital. XIV. 517. Liburna ap. Gorium *Inscr. Flor. T.* III. *p.* 66.

OPS.

OPS. Hexeris ap. Murat. *p.* DCCLXXXIV. 9. *p.* DCCCXXXVII. 2.

TRITON. Virgil. *Aen.* X. 209. Sil. Ital. XIV. 578. Argo etiam in prora habuit Tritonem. Statius *Theb.* V. 381.

Sed labat, extantem rostris modo gurgite in imo,
Nunc coelo Tritona ferens.

Tamen haec navis ab artifice potius nomen invenit, quam ab insigni.

VENUS. Trir. ap. Murat. *p.* DCCCXXXIV. 5. *p.* MMXXXVII. I. Maffeium *Mus. Ver. p.* CCCCLXXVII. II. Veneri Veneris stellam adjungamus LUCIFERUM triremem. ap. Gor. *Inscr. Flor.* I. *p.* 242. Murat. *p.* DCCLXXX. 2. *p.* DCCCLXXI. 4.

VESTA. Quadrir. ap. Gor. *Inscr. Flor. T.* I. *p.* 246. Murat. *p.* DCCCLXIII. 6. Maffeium *Mus. Ver. p.* CCCCLXXVIII. II.

Adscribamus jam naves, quae a Virtutibus appellatae sunt.

CLEMENTIA. Liburna. Murat. *p.* MDLXIX. Vid. Hagenbuch. *Epp. Epigr. p.* 613.

CONCORDIA. Trir. ap. Murat. *p.* DCCCXLIX. 6. ΕΥΠΛΟΙΑ. ap. Plutarch. *T.* II. *p.* 1057.

FIDES. Quadrir. Murat. *p.* DCCCLXXVI. 3. *p.* DCCCLXXVII. I. *p.* MMXXXVI. I. Trir. ap. Gruterum *p.* DLXI. I. Murat. *p.* MMXXXVI. 2. Biremis ap. Gor. *Inscr. Flor.* I. *pag.* 120. Murator. *pag.*

 DCCCLXIV.

DCCCLXIV. I. Liburna *p.* DCCXCI. 2. *p.* DCCXCIII. 5. *p.* DCCCLXXVII. I.

FORTUNA. Quadrir. Gud. *Inscr. p.* CLXXXIV. 4. Murat. *p.* DCCCXXXI. 6. *p.* DCCCLVI. 4.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ. Plutarch. *T.* II. *p.* 1057.

JUVENTUS. Fabrett. *Inscr. p.* 564.

PAX. Trir. Fabrett. *de Col. Traj. p.* 115. Murat. *p.* DCCCLIX. 8. apud eundem *p.* DCCCXLIX. I.

DIS. MAN.
Q. SAENI. Q. FIL. FAB
POMPEIANI
COND. IIII. P. AFR.
FVFICIA CLYMENA
VXOR
PROSDECTVS ET
TRYPHERVS
LIB

Muratorius hic sibi visus est invenisse quadriremem insignem nomine *P. Africani.* Sed facilis est emendatio, IIII. PACE.

JUSTITIA. Hoc nomen restituendum videtur in corrupto lapide ap. Murat. *p.* MMXXXVI. 3.

C. SPEDIV
SPIDIN. B.
DRVS MIL.

EX

EX IIB JVS
AN. XXXIII.
EX IIB FID.
CASSIVS.

Legendum enim puto, EX IIII. (*quadr.*) JVS*titia*.

PIETAS. Trir. ap. Gor. *Inscr. Flor.* I. *p.* 238. Murat. *p.* DCCCXXXVI. 7. et bis *p.* DCCCLXV. I.

PROVIDENTIA. Trir. ap. Gruter. *p.* MCVII. 3. Murat. *p.* DCCCLVI. 8. Similiter ΠΡΟΝΟΙΑ ΣΩΖΟΥΣΑ ap. Plutarch. *T.* II. *p.* 1057.

SALUS. Trir. ap. Gor. *Inscr. Flor.* I. *p.* 238. Murat. *pag.* DCCCLVII. 5. *pag.* DCCCLX. 5. et *pag.* DCCLXXX. 4. ubi pro SALVI legendum SALVT.

SPES. Trir. ap. Reinef. *Cl.* VIII. *Num.* 46. Gor. *Inscr. Flor.* I. *p.* 125. Murat. *p.* DCCCLXXVI. 8. *p.* DCCCLXXVII. I. Forte hoc nomen restituendum est in lapide ap. Maff. *Mus. Ver. p.* CXXIV. 4.

N. DIDI. N. F. AR
VAT. MIL. IN. PRAE.
SPEC. AN. XX.

Maffeius intelligit cohortem praetoriam Speculatorum. Sed malim, PRAE*toria* (*sc. navi*) SPE, ut praetoria *Neptunus p.* DCCCIX. 7. et saepe alibi.

VICTORIA. Quinquer. ap. Oliver. *ad Marm. Pisaur. p.* 176. Murat. *p.* DCCLXXXI. 7. *p.* DCCCIX.

5. *p.* MMXXXVII. 6. Quadrir. *p.* MMXXXV. 2. Trir. *p.* DCCCXVII. 1. *p.* DCCCLXXIII. 5. *Victoriae* adjungatur TRIUMPHUS. Trir. ap. Fabrett. *de Col. Traj. pag.* 114. Murat. *pag.* DCCCIII. 2. *pag.* DCCCXVII. 7.

VIRTUS. Liburna. Murat. *p.* DCCXCV. 1.

Accedant nunc ordine naves, quae a viris feminisque, regionibus, urbibus, montibus, fluviis, etc. nomen acceperunt.

AETNA. Sil. Italic. XIV. 578.

ANAPUS. Sil. Italic. XIV. 575.

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ. De qua vide supra ad vocem *Jupiter.*

AUGUSTUS. Quinquer. Gor. *Inscr. Flor.* III. *p.* 69. Murat. *p.* DCCCXVII. 2. ubi male legit *Augusta.* et *p.* DCCCLXV. 1. ap. eundem *p.* DCCCXLIII. 6. est hic lapis:

D. M.
M. POMPEIO
SENECAE. DEL.
VIX. AN. L. MIL.
AN. XXV. III. AO.
M. AURELIVS
MVS EX EAD.

Explicat doct. Editor triremi *Augusto*, quod minime spernendum. Triremis apud Fabrett. *de Col. Trajani p.* 114.

CYA-

CYANE. Sil. Ital. XIV. 567.

DACICUS. Quadrir. Reines. *Cl.* VIII. *Num.* 44. Gor. *Infcr. Flor.* I. *p.* 245. III. *p.* 64. Murat. *p.* DCCCVII. 3. et *p.* DCCCXXII. 6.

DANAE. Fabrett. *Infcr.* *p.* 366. Murat. *p.* DCCLXXXVI. 1.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ. Vid. fupra ad vocem *Jupiter.*

ELISSA. Sil. Ital. XIV. 573.

EUPHRATES. Trir. Reines. *Cl.* VIII. *Num.* 46. Fabrett. *Infcr.* *p.* 364.

EUROPA. Sil. Ital. XIV. 568.

ΓΟΡΓΩΝ. Palaeph. *Incred. Hift.* *c.* 32.

LIBYA. Sil. Ital. XIV. 577.

MINCIUS. Virgil. *Aen.* X. 206.

NESSUS. Sil. Ital. XIV. 500.

PADUS. Quadrir. ap. Murat. *p.* DCCCLVI. 9. *p.* DCCCLXX. 7. p. MMXXXIII. 4. Maff. *Muf. Ver.* *p.* CCCLXXI. 8. Trir. Murat. *p.* DCCCXI. 7.

ΠΑΡΑΛΟΣ. A Paralo heroe ita dicta. Vid. Plutarch. *T.* II. *p.* 785. *Schol.* Ariftophan. *ad Ranas* vf. 1103. Ulp. Phot. Suid. *l. c.*

PERSEUS. Sil. Ital. XIV. 516.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ. Vid. fupra ad v. *Jupiter.*

ΣΑΛΑΜΙΝΙΑ. Thucyd. *L.* III. 33. *p.* 164. Ariftophan. *Avib.* 147. etc. Haec navis etiam ΔΗΛΙΑ vocatur, quia facros ad Delum legatos vehebat. Vid. Ulp. *l. c.*

SCYLLA. Palaeph. *c.* 21. Virgil. *Aen.* V. 122.

SIDON. Sil. Ital. XIV. 579.

ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑ. Athenaeus *L.* v. *p.* 208. F. Ὄνομα δ' ἦν τῇ νηΐ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑ. ὅτε δ' αὐτὴν ἐξέπεμπεν Ἱέρων, (ad Ptolemaeum) ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΝ αὐτὴν μετωνόμασεν.

TIBERIS. Trir. Murator. *p.* DCCCLXI. 5. qui putat nomen navis fuisse *Tiberius*. Perperam. A Tiberi fluvio nominatam esse recte viderat Gorius *Inscr. Flor. T.* I. *p.* 241.

Sed de his hactenus. Sequantur jam naves, animalium, vel aliarum quarumcumque rerum nominibus appellatae, quo etiam fabulosa illa poëtarum animalia, Pythonem, Chimaeram, aliaque retulimus.

AQUILA. Lactant. *Divin. Instit.* I. II, 19. qui tamen tutelam pro parasemo perperam appellat.

ARIES. Diod. Sicul. *L.* v. *p.* 290. Tacit. *Annal.* VI. 34. Et naves quasdam ΚΡΙΟΥΣ appellatas in Libya tradit Pollux I. *Segm.* 83. Ap. Murat. *Inscr. p.* DCCCLXV. I.

M. VAL. CAPIT.

EXEHER. FR.

Muratorius exponit *hexere frumentaria*. Minus bene; verius puto, HEXER. AR. id est, Ariete.

ΑΡΜΑ. Schol. *ined. ad* Aristid. *Panathen. p.* 105.

ARMATA. Quadrir. Gor. *Inscr. Flor.* III. *p.* 75. Murator. *p.* DCCCLVI. 6. Liburna ap. Gor. III. *p.* 78. qui ita appellatam arbitratur, quod insignia ejus essent *Arma*.

KAN-

ΚΑΝΘΑΡΟΣ. Vid. ſupra p. 10.

CANIS. videtur paraſemon fuiſſe in navi, quam annulo inſculptam gerebat Galba Imp. Dio Caſſ. LI. *p.* 634. *οὗτος γὰρ προγονικῷ τινὶ σφραγίσματι κύνα ἐκ πρώρας νεὼς προκύπτοντα ἔχοντι, χρήσασθαι ἐνόμισεν.*

CAPRICORNUS. Gruter. *p.* MXXX. 2. et ΤΡΑΓΟΙ Polluci I. *Segm.* 83.

ΚΑΠΡΟΙ. Peculiare hoc erat Samiorum navibus, in prora ſemper gerere apri inſigne. Ita de hiſce Herodot. III. 59. *p.* 183. *Καὶ τῶν νηῶν, καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας, ἠκρωτηρίασαν.* De iisdem Heſychius voce *Σαμιακὸς τρόπος. Δίδυμος δὲ, τὰς Σαμίας ναῦς ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν· εὐρυτέραι μὲν γὰρ εἰσὶ τὰς γαςέρας, τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσήμανται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι, οἷον ἰχθυπρώρους εἶναι· διὸ καὶ ἐπὶ ταύτης λέγεται·*

Ναῦς δέ τις ὠκύπορος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.

Sed pro *ἰχθυπρώρους*, ut editur, ſine dubio cum Salmas. *Exerc. Plin. p.* 405. legendum eſt *ὑοπρώρους.* Euſtath. *ad Odyſſ.* N. *p.* 525. *l.* 8. *οὕτω συὸς τύπος παροιμιωδῶς, ἐπεὶ τὰ Σάμια πλοῖα συὸς εἶχε τύπον ἐν ταῖς πρώραις. ἐντεῦθεν ὁ Λουκιανὸς καὶ ἕτεροι χήνισκον λέγουσι νηὸς, τύπωμά τι χηνὸς παράσημον ἐν ναυσίν.* Quod tamen poſterius non ſine exceptione verum eſt. Hae naves etiam nominatae ſunt ΣΑΜΑΙΝΑΙ. Plutarch. *in Pericle T.* I. *p.*

 166.

166. E. ἡ δὲ Σάμαινα, ναῦς ἐςὶν ὑπόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαςροειδὴς, ὥςε καὶ ποντοπορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. οὕτω δ᾽ ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι, Πολυκράτους τυράννου κατασκευάσαντος. ubi pro ὑποπρώρους omnino legendum ὑοπρώρους. Sic *Samaenam* πλοῖον δίκροτον memorat Suidas voce Σαμίων ὁ δῆμος, quem deſcripſit Mich. Apoſtol. *Proverb. Cent.* 17. Photius *Lex MS.* Σαμαῖναι, πλοῖα Σάμια, ὗσιν ἐμφερεῖς τὰς πρώρας ἔχοντα. Heſych. Σάμαινα εἶδος νεὼς, ὗς ἔχουσα πρoτομήν.

CASSIS. Ovid. *Triſt.* I. 10. 1.

Eſt mihi, ſitque, precor, flavae tutela Minervae
Navis, et a picta caſſide nomen habet.

CENTAURUS. Virgil. *Aen.* V. 122. et X. 195.

Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Inſtat aquae, ſaxumque undis immane minatur
Arduus, et longa ſulcat maria alta carina.

Virgiliano ſimillimum eſt illud Propertianum IV. 6. 50.

Quodque vehunt prorae Centauros ſaxa minantes,
Tigna cava, et pictos experiere metus.

ΚΗΤΟΣ. Conon. *Narr.* 40.
CHIMAERA. Virgil. *Aen.* v. 118. Sil. Ital. XIV. 497.
CLYPEUS. Liburna. Fabrett. *Inſcr. p.* 366.

VI-

vitiose repetita a Muratorio *p.* DCCXCIX. et *p.* MMXXXIII. 6. Vid. D'orvill. *ad* Charit. *p.* 600.

ΚΥΚΝΟΣ. Nicostrat. ap. Athenaeum *L.* XI. *p.* 474. B. Etymol. M. *p.* 544. in voce Κύκνος· ἔστι καὶ εἶδος πλοίου· ὀνομάζεται δὲ, ὅτι κύκνους ἔχει ἐντετυπωμένους ἐπὶ τῆς πρώρας.

ΔΕΛΦΙΝ. *Epigramma vetus* ap. Kusterum ad Suidam, voce Ποιφύσσω *vs.* 2.

Οὐδὲ περὶ σκαλμοῖσι νεὼς περικαλλέα χεῖλη
Ποιφύξω τὠμῷ τερπόμενος προτομῷ.

Delphin, e mari in litus ejectus, fingitur queri, se non amplius juxta naves exsultaturum, effigiemque suam, quae navi pro insigni erat, cum voluptate adspecturum esse. Vid. Kuster. *l. c.* Referri etiam huc potest Pollux *L.* I. *Segm.* 85. ὑπὲρ δὲ τὸ ἔμβολον δελφὶς ἵσταται, ὅταν ἡ ναῦς δελφινοφόρος ᾖ. Licet δελφῖνες in navibus, et ναῦς δελφινοφόρος longe aliter plerumque a Grammaticis explicari soleat. Vid. Salmas. *Exerc. Plin. p.* 402, 403.

GALEA. Murator. *p.* DCCCXLII. 1. Maffei. *Mus. Veron. p.* CCCLXIV. 2. unde navium genus quod Galeas hodie vocant, appellationem traxisse, non improbabilis est conjectura G. J. Vossii *de vitiis Serm. L.* I. *p.* 2. quem sequitur Salmas. *Exerc. Plin. p.* 403. et Maffeius *l. c.*

GALLUS. Praetoria. Gruter. *p.* DXLVII. 3. Fabrett. *Inscr. p.* 364.

166. E. ἡ δὲ Σάμαινα, ναῦς ἐςὶν ὑπόπρωρος σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαςροειδὴς, ὥςε καὶ φορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. οὕτω δ' ὠνομάσθη διὰ τὸ ἐν Σάμῳ φανῆναι, Πολυκράτους τυράννου σκευάσαντος. ubi pro ὑποπρώρους omnino le- ὑοπρώρους. Sic *Samaenam* πλοῖον δίκροτον v Suidas voce Σαμίων ὁ δῆμος, quem descripsi Apostol. *Proverb. Cent.* 17. Photius *Lex* Σ- μαῖναι, πλοῖα Σάμια, ὑσὶν ἐμφερεῖς τὰς πρώ- τα. Hesych. Σάμαινα εἶδος νεὼς, ὗς ἔχουσα

CASSIS. Ovid. *Trist.* I. 10. 1.

Est mihi, sitque, precor, flavae tutela
Navis, et a picta casside nomen habe

CENTAURUS. Virgil. *Aen.* V. 122.

Ingentem remis Centaurum promovet
Instat aquae, saxumque undis imma
Arduus, et longa sulcat maria alt

Virgiliano simillimum est illud Propertianu

Quodque vehunt prorae Centauros sa
Tigna cava, et pictos experiere n

ΚΗΤΟΣ. Conon. *Narr.* 40.
CHIMAERA. Virgil. *Aen.* v. 118. Sil.
CLYPEUS. Liburna. Fabrett. *I*

GRYPS. Liburna. Murator. *p.* DCCCXIII. 1. Maffei. *Ant. Gall. Select.* *p.* 188. Pocock. *Inſcr. Ant.* *p.* 35.

ΙΠΠΟΙ. Strabo *L.* II. *p.* 156. ΙΠΠΟΙ ΥΠΟΠΤΕΡΟΙ. Palaeph. *c.* 30.

ΙΠΠΑΛΕΚΤΡΥΩΝ. Ariſtoph. *Ran.* 963. quo reſpicit Photius *Lex. MS.* Ἱππαλεκτρύων, γρὺψ διὰ τὸ τετράσκελες εἶναι, καὶ πτέρυγας καὶ ῥύγχος ἔχειν ἐπικαμπές. ἔνιοι τὸν μέγαν ἀλεκτρυόνα. ἔνιοι παράσημα.

LEONES. Virgil. *Aen.* x. 157.

Aeneia puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubjuncta Leones.

Sic et ναῦν ΛΕΟΝΤΟΦΟΡΟΝ commemorat Memnon ap. Photium *in Biblioth. Cod.* 224. *p.* 718. 15. ὀκτήρης μία ἡ Λεοντοφόρος καλουμένη.

MARINUS. Trir. Oliverius *ad* Marm. Piſaur. *p.* 177. Nomen habet a *Marino Equo*, ut recte *Oliverius*, laudans Fabrett. *Col. Traj.* *p.* 115. qui marinum equum in prora ex antiquis monumentis exhibet. Murat. *p.* DCCCXXIV. 6.

PEGASUS. Palaeph. *c.* 29. Sil. Ital. XIV. 576. *Schol.* Juvenalis *ad Sat.* IV. 77.

PRISTIS. Claud. Quadrigar. ap. Nonium Marcell. *p.* 530. Virgil. *Aen.* V. 116.

PYTHON. Sil. Ital. XIV. 572.

SIREN. Sil. Ital. XIV. 567.

TAU-

TAURUS. Pollux *L.* I. *Segm.* 83. Lactant. *Divin. Instit.* I. II. 19. Stephanus voce Ταυρόεις. *Schol.* Apoll. Rhodii *L.* II. *vs.* 168. Gorius *Inscr. Flor.* I. *p.* 240. III. *p.* 64. Murator. *p.* DCCCLXII. 3.

TIGRIS. Virgil. *Aen.* X. 166.

Superſunt adhuc aliquot navium, in lapidibus literatis, nomina, ſed adeo depravata, ut vera lectio, niſi ſi ipſos lapides conſulas, vix erui poſſe videatur. Exemplo ſit inſcriptio ap. Murat. *p.* DCCLXXXIV. 6.

P. ARRIVS P. F. MONTANVS
MOCAZIA HELPIS VXOR
P. ARRIVS POLLVX
Q. DE,,,,,, S. DACVS OPT. DE III
T. RINNATA. MOCAZIA IVCVNDA
P. ARRIVS P. L. PRIMIGENIVS
P. ARRIVS P. L. CASTOR.

Trinnata plane corruptum eſt, nec *Pinnata*, ut certum, proponere auſim.

Ap. eundem *p.* DCCXCI. 7.

D. M.
AVRELIO MAXIMO
VIXIT AN. XXX. M. III. D. X.
MIL. AN. VII. IN CL. PR. M.
NOMONIA,,,,,,.

Quam-

Quamvis *Nomonia* in mutilo lapide etiam liberta, vel uxor esse potuerit, tamen valde in illam inclino sententiam, hic quoque latere navis nomen. Gorius *Inscr. Flor.* I. *p.* 251. exhibet NEMONIA. An in eo latet OMONOEA, Graece pro *Concordia*, ut supra *Athena* pro *Minerva?*

Ap. eundem *p.* DCCCVIII. 8.

D. M.
CVLRATIO VMBRO
NI. PVLHRI. III. ATILINO
NATIONE CILIX VIXIT
ANNIS. XXXV. MILITAVIT
ANNIS XIII. C. ANTONIVS
SATVRNINVS III. ,,,,, NONRI.

Pro *Atillino* forte legendum APOLLINE. Sed in fine non extrico lacerum istud NONRI.

Idem Murat. *p.* DCCCLIX. I. quem lapidem etiam habet Oliver. *ad Marm. Pisaur.* *p.* 177.

D. M.
M. TITIVS
APVLVS
III ARCIN.
NAT. DEL. etc.

Muratorius tentabat *Arsinoë:* quod nullo modo pro-

probabile. Forte legendum *Carcino*, Graeca appellatione, a sidere, ut *Capricornus* et *Lucifer* supra.

Idem *p.* MMXXXVI. 5.

D. M.

M. TITIVS. SEVERVS. III. ARMENA. NAT......
VIX. AN... MIL. AN.... TVRRANIVS... ROME
RARISSI..... P. C.

Armena aliis emendandum relinquo.

Hactenus de nominibus navium a parasemo ductis. Tutelae multo rarius commemorantur. Apud Virgilium Apollo, tanquam tutela, occurrit, *Aen.* X. 170. *Aurato fulgebat Apolline puppis.* Nec aliter accepit Salmas. *Exerc. Plin.* p. 403. Quodsi puppim pro navi capere malis, non Tutela intelligenda, sed Insigne. Hammon apud Sil. Ital. XIV. 138. Minerva apud Ovid. *Trist.* I. 10. I. Valer. Flacc. I. 415. VIII. 203. Venus apud Ovid. *Ep.* XVI. 113. Sil. Ital. XIV. 410.

II.

Postquam, quinto sextoque supra decimum seculo, ubique pelli barbaries, literisque, post tantam tot annorum caliginem, lux sua coepit restitui, viri eruditi hanc etiam eruditionis particulam sibi illustrandam sumserunt. Ac digna certe erat materia, ex qua tot veterum loca explicanda sunt, quae accuratius excuteretur. Enimvero, etsi in nonnullis verum viderint,

rint, multa tamen posteriorum ingenio et curae illustranda reliquerunt. Nam qui primi fere hanc materiam tractaverunt, L. Caelius Rhodiginus *Ant. Lect.* XVI. 17. Lilius Gyraldus *de Navig. c.* 9. *seqq.* Joh. Brodaeus *Miscell.* I. 10. Lazar. Baysius *de Re Navali*, Just. Lips. *ad* Senec. *Ep.* 76. Hadr. Turnebus *Advers.* XIX. 2. H. Stephanus *in Thes. Ling. Graecae*, *voce παράσημον*, M. Antonius Muretus *Var. Lect.* XI. 19. Rob. Titius *Loc. Controv.* VII. 5. et *in Resp. ad Villiom.* VII. 5. Jos. Scaliger ad Festum *voce Europa*, Hadr. Junius *Onomast. p.* 168. Dion. Lambinus *ad Horat.* I. *Carm.* 14. 10. Joh. a Wouweren *ad* Petron. *c.* 105. Joh. Meursius *ad* Lycophr. *Cassandr. vs.* 110. et 1299. aliique, in gravi errore sunt versati, et omnia temere conturbarunt. Omnes quidem tutelam et parasemon inter se confuderunt, Glossarum praecipue, *tutelam*, *παράσημον*, *ἐπιτροπὴν*, *ἀσφάλειαν καὶ παράσημον τοῦ πλοίου*, explicantium, auctoritate inducti. Alius tamen, ut fit, alio minus aberravit. Quidam, ut *Turnebus*, *Lambinus*, *Meursius*, etc. tutelam navis, idemque *παράσημον*, in puppi collocabant, et illinc navim nomen accipere opinabantur. Atque, ut probanda erat eorum sententia, cum tutelam in puppi ponerent, sic contra repudianda, cum 1, tutelam et insigne unum idemque esse arbitrarentur, 2, cum parasemon in puppi collocarent, 3, cum a tutela naves putarent appellari. Ut hancce suam sententiam stabilirent, praeter Glossas, quarum

quam

quam levis sit auctoritas, ubi aliis scriptoribus adversentur, neminem latet, provocabant ad Lactant. *Divin. Inst.* I. II. 19. *Rapuisse dicitur in aquila Catamitum. Poëticus color est. Sed aut per legionem rapuit, cujus insigne aquila est, aut navis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum, cum rapuit et transvexit Europam.* Et in *Epitome Divin. Inst.* II. 3. *Europam transvexit in tauro. Quis est taurus? Utique navis, quae tutelam habuit tauri specie figuratam.* Jam, inquiunt, si cum hoc loco conferamus Isidorum *Orig. Lib.* VIII. *col.* 1026. ed. Gothofr. *Impudicus in extraneis, quem modo taurum fingunt propter Europae raptum: fuit enim in navi, cujus insigne erat taurus.* clare apparebit, tutelam et insigne, sive παράσημον, nihil differre. Tutelae vero locus est in puppi, igitur etiam taurus in puppi stationem habuit, et, quoniam navis Europae *Taurus* dicta fuerit, teste Polluce I. 84. sequitur, ut a tauro, tutela, nomen acceperit. Ut autem huic rationi respondeamus, dicendum est minime sequi, si *Lactantius* taurum tutelam, *Isidorus* insigne dixerit, ut ideo pro synonymis haberi debeant; fieri enim potuit, ut alteruter falleretur, quod et hic accidisse putamus. Non enim magis verbis *Lactantii* inducor, ut statuam, aquilam vel taurum navis tutelam fuisse, quam ut praecedentibus proxime persuasus credam, tempore Ganymedis, aquilam insigne legionis fuisse.

Al-

ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑ. Athenaeus *L.* v. *p.* 208. F. Ὄνομα δ' ἦν τῇ νηῒ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑ. ὅτε δ' αὐτὴν ἐξέπεμψεν Ἱέρων, (ad Ptolemaeum) ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΝ αὐτὴν μετωνόμασεν.

TIBERIS. Trir. Murator. *p.* DCCCLXI. 5. qui putat nomen navis fuiſſe *Tiberius*. Perperam. A Tiberi fluvio nominatam eſſe recte viderat Gorius *Inſcr. Flor. T.* 1. *p.* 241.

Sed de his hactenus. Sequantur jam naves, animalium, vel aliarum quarumcumque rerum nominibus appellatae, quo etiam fabuloſa illa poëtarum animalia, Pythonem, Chimaeram, aliaque retulimus.

AQUILA. Lactant. *Divin. Inſtit.* I. II, 19. qui tamen tutelam pro paraſemo perperam appellat.

ARIES. Diod. Sicul. *L.* v. *p.* 290. Tacit. *Annal.* VI. 34. Et naves quasdam ΚΡΙΟΥΣ appellatas in Libya tradit Pollux I. *Segm.* 83. Ap. Murat. *Inſcr. p.* DCCCLXV. 1.

M. VAL. CAPIT.

EXEHER. FR.

Muratorius exponit *hexere frumentaria*. Minus bene; verius puto, HEXER. AR. id eſt, Ariete.

ΑΡΜΑ. Schol. *ined. ad* Ariſtid. *Panathen. p.* 105.

ARMATA. Quadrir. Gor. *Inſcr. Flor.* III. *p.* 75. Murator. *p.* DCCCLVI. 6. Liburna ap. Gor. III. *p.* 78. qui ita appellatam arbitratur, quod inſignia ejus eſſent *Arma*.

KAN-

ΚΑΝΘΑΡΟΣ. Vid. ſupra p. 10.

CANIS. videtur paraſemon fuiſſe in navi, quam annulo inſculptam gerebat Galba Imp. Dio Caſſ. LI. *p.* 634. *οὗτος γὰρ προγονικῷ τινὶ σφραγίσματι κύνα ἐκ πρώρας νεὼς προκύπτοντα ἔχοντι, χρήσασθαι ἐνόμισεν.*

CAPRICORNUS. Gruter. *p.* MXXX. 2. et ΤΡΑΓΟΙ Polluci I. *Segm.* 83.

ΚΑΠΡΟΙ. Peculiare hoc erat Samiorum navibus, in prora ſemper gerere apri inſigne. Ita de hiſce Herodot. III. 59. *p.* 183. *Καὶ τῶν νηῶν, καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας, ἠκρωτηρίασαν.* De iisdem Heſychius voce *Σαμιακὸς τρόπος. Δίδυμος δὲ, τὰς Σαμίας ναῦς ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν· εὐρυτέραι μὲν γάρ εἰσι τὰς γαςέρας, τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσήμανται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι, οἷον ἰχθυπρώρους εἶναι· διὸ καὶ ἐπὶ ταύτης λέγεται·*

Ναῦς δέ τις ὠκύπορος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.

Sed pro *ἰχθυπρώρους*, ut editur, ſine dubio cum Salmas. *Exerc. Plin. p.* 405. legendum eſt *ὑοπρώρους.* Euſtath. *ad Odyſſ.* N. *p.* 525. *l.* 8. *οὕτω συὸς τύπος παροιμιωδῶς, ἐπεὶ τὰ Σάμια πλοῖα συὸς εἶχε τύπον ἐν ταῖς πρώραις. ἐντεῦθεν ὁ Λουκιανὸς καὶ ἕτεροι χήνισκον λέγουσι νηὸς, τύπωμά τι χηνὸς παράσημον ἐν ναυσίν.* Quod tamen poſterius non ſine exceptione verum eſt. Hae naves etiam nominatae ſunt ΣΑΜΑΙΝΑΙ. Plutarch. *in Pericle T.* 1. *p.* 166.

166. E. ἡ δὲ Σάμαινα, ναῦς ἐςὶν ὑπόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαςροειδὴς, ὥςε καὶ ποντοπορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. οὕτω δ' ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι, Πολυκράτους τυράννου κατασκευάσαντος. ubi pro ὑποπρώρους omnino legendum ὑοπρώρους. Sic *Samaenam* πλοῖον δίκροτον memorat Suidas voce Σαμίων ὁ δῆμος, quem descripsit Mich. Apostol. *Proverb. Cent.* 17. Photius *Lex MS.* Σαμαῖναι, πλοῖα Σάμια, ὗσιν ἐμφερεῖς τὰς πρώρας ἔχοντα. Hesych. Σάμαινα εἶδος νεὼς, ὗς ἔχουσα προτομήν.

CASSIS. Ovid. *Trist.* I. 10. 1.

Est mihi, sitque, precor, flavae tutela Minervae
Navis, et a picta casside nomen habet.

CENTAURUS. Virgil. *Aen.* V. 122. et X. 195.

Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Instat aquae, saxumque undis immane minatur
Arduus, et longa sulcat maria alta carina.

Virgiliano simillimum est illud Propertianum IV. 6. 50.

Quodque vehunt prorae Centauros saxa minantes,
Tigna cava, et pictos experiere metus.

ΚΗΤΟΣ. Conon. *Narr.* 40.
CHIMAERA. Virgil. *Aen.* v. 118. Sil. Ital. XIV. 497.
CLYPEUS. Liburna. Fabrett. *Inscr.* p. 366.

vi-

vitiose repetita a Muratorio *p.* DCCXCIX. et *p.* MMXXXIII. 6. Vid. D'orvill. *ad* Charit. *p.* 600.

ΚΥΚΝΟΣ. Nicostrat. ap. Athenaeum *L.* XI. *p.* 474. B. Etymol. M. *p.* 544. in voce Κύκνος· ἔστι καὶ εἶδος πλοίου· ὀνομάζεται δὲ, ὅτι κύκνους ἔχει ἐντετυπωμένους ἐπὶ τῆς πρώρας.

ΔΕΛΦΙΝ. *Epigramma vetus* ap. Kusterum ad Suidam, voce Ποιφύσσω *vs.* 2.

Οὐδὲ περὶ σκαλμοῖσι νεὼς περικαλλέα χείλη
Ποιφύξω τῷ μῷ τερπόμενος προτομῇ.

Delphin, e mari in litus ejectus, fingitur queri, se non amplius juxta naves exsultaturum, effigiemque suam, quae navi pro insigni erat, cum voluptate adspecturum esse. Vid. Kuster. *l. c.* Referri etiam huc potest Pollux *L.* I. *Segm.* 85. ὑπερ δὲ τὸ ἔμβολον δελφὶς ἵσταται, ὅταν ἡ ναῦς δελφινοφόρος ᾖ. Licet δελφῖνες in navibus, et ναῦς δελφινοφόρος longe aliter plerumque a Grammaticis explicari soleat. Vid. Salmas. *Exerc. Plin. p.* 402, 403.

GALEA. Murator. *p.* DCCCXLII. 1. Maffei. *Mus. Veron. p.* CCCLXIV. 2. unde navium genus quod Galeas hodie vocant, appellationem traxisse, non improbabilis est conjectura G. J. Vossii *de vitiis Serm. L.* 1. *p.* 2. quem sequitur Salmas. *Exerc. Plin. p.* 403. et Maffeius *l. c.*

GALLUS. Praetoria. Gruter. *p.* DXLVII. 3. Fabrett. *Inscr. p.* 364.

GRYPS. Liburna. Murator. *p.* DCCCXIII. 1. Maffei. *Ant. Gall. Select. p.* 188. Pocock. *Inſcr. Ant. p.* 35.

ΙΠΠΟΙ. Strabo *L.* II. *p.* 156. ΙΠΠΟΙ ΥΠΟΠΤΕΡΟΙ. Palaeph. *c.* 30.

ΙΠΠΑΛΕΚΤΡΥΩΝ. Ariſtoph. *Ran.* 963. quo reſpicit Photius *Lex. MS.* Ἱππαλεκτρύων, γρὺψ διὰ τὸ τετράσκελες εἶναι, καὶ πτέρυγας καὶ ῥύγχος ἔχειν ἐπικαμπές. ἔνιοι τὸν μέγαν ἀλεκτρυόνα. ἔνιοι παράσημα.

LEONES. Virgil, *Aen.* X. 157.

Aeneia puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubjuncta Leones.

Sic et ναῦν ΛΕΟΝΤΟΦΟΡΟΝ commemorat Memnon ap. Photium *in Biblioth. Cod.* 224. *p.* 718. 15. ὀκτήρης μία ἡ Λεοντοφόρος καλουμένη.

MARINUS. Trir. Oliverius *ad* Marm. Piſaur. *p.* 177. Nomen habet a *Marino Equo*, ut recte *Oliverius*, laudans Fabrett. *Col. Traj. p.* 115. qui marinum equum in prora ex antiquis monumentis exhibet. Murat. *p.* DCCCXXIV. 6.

PEGASUS. Palaeph. *c.* 29. Sil. Ital. XIV. 576. *Schol.* Juvenalis *ad Sat.* IV. 77.

PRISTIS. Claud. Quadrigar. ap. Nonium Marcell. *p.* 530. Virgil. *Aen.* V. 116.

PYTHON. Sil. Ital. XIV. 572.

SIREN. Sil. Ital. XIV. 567.

TAU-

TAURUS. Pollux *L.* I. *Segm.* 83. Lactant. *Divin. Instit.* I. II. 19. Stephanus voce Ταυρόεις. *Schol.* Apoll. Rhodii *L.* II. *vs.* 168. Gorius *Inscr. Flor.* I. *p.* 240. III. *p.* 64. Murator. *p.* DCCCLXII. 3.

TIGRIS. Virgil. *Aen.* X. 166.

Superſunt adhuc aliquot navium, in lapidibus literatis, nomina, ſed adeo depravata, ut vera lectio, niſi ſi ipſos lapides conſulas, vix erui poſſe videatur. Exemplo ſit inſcriptio ap. Murat. *p.* DCCLXXXIV. 6.

P. ARRIVS P. F. MONTANVS
MOCAZIA HELPIS VXOR
P. ARRIVS POLLVX
Q. DE,,,,,, S. DACVS OPT. DE III
T. RINNATA. MOCAZIA IVCVNDA
P. ARRIVS P. L. PRIMIGENIVS
P. ARRIVS P. L. CASTOR.

Trinnata plane corruptum eſt, nec *Pinnata*, ut certum, proponere auſim.

Ap. eundem *p.* DCCXCI. 7.

D. M.
AVRELIO MAXIMO
VIXIT AN. XXX. M. III. D. X.
MIL. AN. VII. IN CL. PR. M.
NOMONIA,,, ,,,.

Quam-

Quamvis *Nomonia* in mutilo lapide etiam liberta, vel uxor esse potuerit, tamen valde in illam inclino sententiam, hic quoque latere navis nomen. Gorius *Inscr. Flor.* I. *p.* 251. exhibet NEMONIA. An in eo latet OMONOEA, Graece pro *Concordia*, ut supra *Athena* pro *Minerva?*

Ap. eundem *p.* DCCCVIII. 8.

D. M.
CVLRATIO VMBRO
NI. PVLHRI. III. ATILINO
NATIONE CILIX VIXIT
ANNIS. XXXV. MILITAVIT
ANNIS XIII. C. ANTONIVS
SATVRNINVS III. ,,,,, NONRI.

Pro *Atillino* forte legendum APOLLINE. Sed in fine non extrico lacerum istud NONRI.

Idem Murat. *p.* DCCCLIX. I. quem lapidem etiam habet Oliver. *ad Marm. Pisaur. p.* 177.

D. M.
M. TITIVS
APVLVS
III ARCIN.
NAT. DEL. etc.

Muratorius tentabat *Arsinoë:* quod nullo modo pro-

probabile. Forte legendum *Carcino*, Graeca appellatione, a ſidere, ut *Capricornus* et *Lucifer* ſupra. Idem *p*. MMXXXVI. 5.

D. M.

M. TITIVS. SEVERVS. III. ARMENA. NAT......
VIX. AN... MIL. AN.... TVRRANIVS... ROME
RARISSI..... P. C.

Armena aliis emendandum relinquo.

Hactenus de nominibus navium a paraſemo ductis. Tutelae multo rarius commemorantur. Apud Virgilium Apollo, tanquam tutela, occurrit, *Aen*. x. 170. *Aurato fulgebat Apolline puppis*. Nec aliter accepit Salmas. *Exerc. Plin*. p. 403. Quodſi puppim pro navi capere malis, non Tutela intelligenda, ſed Inſigne. Hammon apud Sil. Ital. XIV. 138. Minerva apud Ovid. *Triſt*. I. 10. I. Valer. Flacc. I. 415. VIII. 203. Venus apud Ovid. *Ep*. XVI. 113. Sil. Ital. XIV. 410.

II.

Poſtquam, quinto ſextoque ſupra decimum ſeculo, ubique pelli barbaries, literisque, poſt tantam tot annorum caliginem, lux ſua coepit reſtitui, viri eruditi hanc etiam eruditionis particulam ſibi illuſtrandam ſumſerunt. Ac digna certe erat materia, ex qua tot veterum loca explicanda ſunt, quae accuratius excuteretur. Enimvero, etſi in nonnullis verum viderint,

rint, multa tamen posteriorum ingenio et curae illustranda reliquerunt. Nam qui primi fere hanc materiam tractaverunt, L. Caelius Rhodiginus *Ant. Lect.* XVI. 17. Lilius Gyraldus *de Navig. c.* 9. *seqq.* Joh. Brodaeus *Miscell.* I. 10. Lazar. Baysius *de Re Navali*, Just. Lips. *ad* Senec. *Ep.* 76. Hadr. Turnebus *Advers.* XIX. 2. H. Stephanus *in Thes. Ling. Graecae*, *voce* παράσημον, M. Antonius Muretus *Var. Lect.* XI. 19. Rob. Titius *Loc. Controv.* VII. 5. et *in Resp. ad Villiom.* VII. 5. Jos. Scaliger ad Festum *voce Europa*, Hadr. Junius *Onomast. p.* 168. Dion. Lambinus *ad Horat.* I. *Carm.* 14. 10. Joh. a Wouweren *ad* Petron. *c.* 105. Joh. Meursius *ad* Lycophr. *Cassandr. vs.* 110. et 1299. aliique, in gravi errore sunt versati, et omnia temere conturbarunt. Omnes quidem tutelam et parasemon inter se confuderunt, Glossarum praecipue, *tutelam*, παράσημον, ἐπιτροπὴν, ἀσφάλειαν καὶ παράσημον τοῦ πλοίου, explicantium, auctoritate inducti. Alius tamen, ut fit, alio minus aberravit. Quidam, ut *Turnebus*, *Lambinus*, *Meursius*, etc. tutelam navis, idemque παράσημον, in puppi collocabant, et illinc navim nomen accipere opinabantur. Atque, ut probanda erat eorum sententia, cum tutelam in puppi ponerent, sic contra repudianda, cum 1, tutelam et insigne unum idemque esse arbitrarentur, 2, cum parasemon in puppi collocarent, 3, cum a tutela naves putarent appellari. Ut hancce suam sententiam stabilirent, praeter Glossas, quarum

quam

quam levis ſit auctoritas, ubi aliis ſcriptoribus adverſentur, neminem latet, provocabant ad Lactant. *Divin. Inſtit.* I. II. 19. *Rapuiſſe dicitur in aquila Catamitum. Poëticus color eſt. Sed aut per legionem rapuit, cujus inſigne aquila eſt, aut navis, in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratam: ſicut taurum, cum rapuit et transvexit Europam.* Et in *Epitome Divin. Inſt.* II. 3. *Europam transvexit in tauro. Quis eſt taurus? Utique navis, quae tutelam habuit tauri ſpecie figuratam.* Jam, inquiunt, ſi cum hoc loco conferamus Iſidorum *Orig. Lib.* VIII. *col.* 1026. ed. Gothofr. *Impudicus in extraneis, quem modo taurum fingunt propter Europae raptum: fuit enim in navi, cujus inſigne erat taurus.* clare apparebit, tutelam et inſigne, ſive παράσημον, nihil differre. Tutelae vero locus eſt in puppi, igitur etiam taurus in puppi ſtationem habuit, et, quoniam navis Europae *Taurus* dicta fuerit, teſte Polluce I. 84. ſequitur, ut a tauro, tutela, nomen acceperit. Ut autem huic rationi reſpondeamus, dicendum eſt minime ſequi, ſi *Lactantius* taurum tutelam, *Iſidorus* inſigne dixerit, ut ideo pro ſynonymis haberi debeant; fieri enim potuit, ut alteruter falleretur, quod et hic accidiſſe putamus. Non enim magis verbis *Lactantii* inducor, ut ſtatuam, aquilam vel taurum navis tutelam fuiſſe, quam ut praecedentibus proxime perſuaſus credam, tempore Ganymedis, aquilam inſigne legionis fuiſſe.

Al-

Altera, quae *Brodaei*, *Stephani*, *Wouwerii*, aliorumque est sententia, cum praecedenti in hoc tantum non convenit, quod tutelam et parasemon, non in puppi, sed in prora collocet, et hoc quidem, si distincte de Graecorum et Phoenicum navibus accipiatur, haud absurde, sed apud Romanos, ad quos tamen praecipue attendebant viri docti, longa alia res erat. Sed ab eorum partibus stabant antiqui fere omnes poëtarum enarratores, inprimis Servius *ad* Virg. *Aen.* x. 166.

Massicus aerata princeps secat aequora tigri:

quo loco ait, *cujus rostrum erat in similitudinem tigridis: namque solent naves vocabula accipere a pictura tutelarum.* idemque ad *L.* v. 116. *pristin a tutela depicta* ita nominatam putat: eodem modo *Scholiasta vetus* Lucani III. 512. *tutela navium in rostris erat, ubi solebant antiqui ex aere formare quaedam numina, in quorum tutela naves erant, quorumque nominibus vocabantur.* Lutatius *ad* Statii *Thebaid.* VIII. 270. *Deum tutelam navis intelligimus, cum gubernatore navigare, habent enim scriptos, vel pictos praesules, quorum nominibus nuncupantur et naves.*

Haec revera magnam praeberent veri speciem, si ex aliis auctoribus essent petita. Sed quis primo credat, gentiles tam fatuos fuisse, ut sese in tigridis, tauri, aquilaeve tutelam traderent? Deinde inter

omnes

omnes conſtat, Grammaticorum, ſi aliis auctoribus adverſentur, nullam prorſus eſſe auctoritatem. Sunt et alia quaedam, quae afferunt, argumenta, ex veterum aliquot locis depromta, quae, cum alia omnia docerent, in ſuam tamen ſententiam detorſerunt. Sed de his ſuo loco agemus. Rob. quidem Titius *Loc. controv.* VII. 5. ſic loquitur, ut prioribus plura vidiſſe crederes, ſed idem in *Reſp. ad Villiomarum* VII. 5. talia profert, ex quibus non abſurde colligas, eum pro veteri adhuc ſententia ſtetiſſe.

Prima igitur et ſolida laus eſt Yvonis Villiomari, ſive Joſ. Scaligeri, qui, cum antea ad *Feſtum* diverſam rationem ſecutus eſſet, in notis tamen ad *Locos controverſos* Titii VII. 5. ſententiam plane mutavit, et tutelam inter et παράσημον diſtinguens, hoc in prora, illam in puppi ſtatuit, et nomen naves non a tutela, ſed ab inſigni accipere docuit, quod etiam multis adſtruxit in *Opere Euſebiano p.* 40. copioſiusque confirmarunt Dan. Heinſius *ad* Sil. Ital. XIV. 443. H. Grotius *in Actus App.* XXVIII. II. Joh. Seldenus *de Diis Syris* II. *c.* 16. *p.* 279. S. Bochartus *Opp. Tom.* I. *p.* 712. et Cerda ad Virg. *Aen.* V. 663. X. 166. et 173. qui tamen fateri eſt coactus, tutelaria numina aliquando in prora ſedem habuiſſe. Claudius etiam Salmaſius *Exerc. Plin. p.* 403. *Scaligeri* ſententiam maximam partem eſt amplexus, item Joh. Schefferus *de Mil. Nav. L.* III. *c.* I. quanquam uterque de proprio tutelae loco pallulum videtur dubitaſſe. *Scaligeri* quidem opi-

 nio-

nioni etſi palma eſt deferenda, ſunt tamen in ea nonnulla, quae aliter ſeſe habere videri poſſunt, neque cuncta, quae Dausqueius *ad* Sil. Ital. xiv. 437. et Th. Stanleius *ad* Aeſchyli *Septem contra Thebas* *vſ.* 214. adferunt, omni ratione carere ſunt exiſtimanda. Stanlejus praeſertim omnem movit lapidem, ut oſtenderet, utramque partem navis extremam, tam proram, quam puppim habuiſſe παράσημον, et Deos tutelares in prora etiam poſitos fuiſſe, navisque nomen non ab inſigni ſolum, ſed et a tutela aliquando eſſe derivandum. Primum pro ſua ſententia petit argumentum ex verſu illo 214. *Aeſchyli*. Sed de hoc loco, uti etiam de aliis, Deos tutelares in prora ſtatuentibus, capite ſequenti latius agemus. Deinde laudat *Servii*, *Lutatii et Gloſſarum* auctoritatem. Sed, cum ipſe perſuaſus eſſet, horum verbis pondus haud ita magnum ineſſe, tertium argumentum ducit ex loco Propertii iv. 6. 41.

Solve metu patriam, quae nunc te vindice freta
Impoſuit prorae publica vota tuae.

Neminem enim ſcribit ignorare, Romanos vota in genibus ſtatuarum inſculpere fuiſſe ſolitos, et exinde colligit, non alibi in navi, quam ubi tutela navis eſſet, inſcripta fuiſſe, atque adeo tutelam, ſiquidem *Propertius* vota in prora collocet, etiam par eſſe, a nobis in prora ſtatui. Enimvero etiam alibi, quam in genu tutelaris Dei, navigantes vota ſcribebant,

ut

lat in velo apud Apulej. *L.* XI. *p.* 264. *Hujus alvei felicis nitens carbasus, littoris votum ingestans progerebat. Eae litterae votum instaurabant de novi commeatus prospera navigatione.* Jam autem in prora velum erat, quod *mendicum* dicebatur. Festus *h. v. Mendicum putant velum, quod in prora ponitur.* Vid. Passerat. ad Propertii *vers. cit. p.* 632. Attendamus jam ad χηνίσκον Luciani *in Navigio T.* III. *p.* 251. quem in seqq. objicit *Stanlejus.* Χηνίσκος ille erat, secundum Etymol. M. *h. v. p.* 811. τὸ τῆς πρώρας μέρος, οὗ ἀπήρτηνται αἱ ἄγκυραι, ὃ καὶ τῆς τρόπιδος ἐςὶν ἀρχή. εἰσὶ δ', οἳ μᾶλλον τὸ τῆς πρύμνης ἔφασαν ἄκρον, πρὸς ὃ ἐπιζεύγνυνται αἱ ἐπωτίδες τῆς νεώς. πλὴν ὁποτέρως ἔχει, χηνίσκος ἐλέγετο, ὅτι χηνὸς κεφαλὴν μορφοῦντες οἱ ναυπηγοὶ, ἐπίθουν τῷ ἄκρῳ, τάχα τὸ πλοῖον εἰς χῆνα ἀπεικάζοντες. ἢ τοῦ εὐωνίςου χάριν, ὡς ἀβάπτιςος αὐτοῖς ἡ ναῦς διατελοίη, τρόπον χηνὸς ὑπερνέουσα τῶν κυμάτων. Eusthath. ad *Odyss.* Υ. *p.* 528 *l.* 9. τὰ Σάμια πλοῖα ὑὸς εἶχε τύπον ἐν ταῖς πρώραις. ἐντεῦθεν ὁ Λουκιανὸς καὶ ἕτεροι χηνίσκον λέγουσι νηὸς, τύπωμά τι χηνὸς παράσημον ἐν ναυσίν. Verum Lucianus ipse *in Nav. p.* 251. et *in Ver. Narr. L.* II. *p.* 134. plane contrarium ostendit, nempe χηνίσκον ἐν τῇ πρύμνῃ locum habuisse, quod et Apulejus adfirmat *Metam. L.* XI. *p.* 264. *Puppis intorta chenisco.* In hoc etiam errat *Eustathius*, id quod urget *Stanlejus*, cum dicit, chenifcum fuisse navis parasemon: in quo errantem secutus est Coelius Rhodiginus XVI. 17.

jam hoc nomine notatus a Brodaeo *Misc.* I. 10. Fuit enim instrumentum navale, ut patet ex *Etymologi* loco. Notandum etiam est, utrobique ap. *Lucianum* et *Apulejum* cheniscum in navibus inveniri Deae Isidi consecratis: cumque anseres Isidi sacri sint, forte nihil aliud fuit, nisi navis ornamentum. Sed etsi admittatur *Eustathii* auctoritas, parum hoc prodest *Stanlejo.* Probari enim potest, Eustathium commune parasemon in animo habuisse, quod adeo recte in prora posuit. In sequentibus *Stanlejus*, ut ostendat non unum unius navis fuisse insigne, commemorat verba Plutarchi, in vita *Themistocl. T.* 1. *p.* 119. *πρῶτος μὲν οὖν λαμβάνει ναῦν Λυκομήδης ἀνὴρ Ἀθηναῖος τριηραρχῶν, ἧς τὰ παράσημα περικόψας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι τῷ δαφνηφόρῳ.* Sed haec quidem manifesta est cavillatio. Quis enim ignorat, optimis scriptoribus in more positum esse, ut pro singulari pluralem numerum usurpent? Ultimum ejus argumentum, et quasi sacra anchora, est locus Hippocratis *in epist. ad Damaget. p.* 1276. *Οἶδα παρὰ σοὶ γενόμενος ἐν Ῥόδῳ, Δαμάγητε, τὴν ναῦν ἐκείνην, Ἅλιος ἐπιγραφὴ ἦν αὐτῇ, πάγκαλόν τινα καὶ εὔπρυμνον, ἱκανῶς τε τετροπισμένην.* et *p.* 1279. *Ἐξέπεμψα δέ σοι, Φιλότης, ὡς ἀληθέως τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα, ᾗ προσθὲς μετὰ τοῦ Ἁλίου ἐπίσημον καὶ Ὑγιείην.* Sane isto loco Sol aperte videtur dici *ἐπίσημον*, unde tamen navis nomen minime accepit, quippe quae non *Ἅλιος*, sed *Ἀσκληπιὰς* dicatur. Nihil tamen praesidii Stanlejanae opinioni in hoc loco. Nam Sophista,

phista, qui Hippocratis nomen mentitus est, navem Asclepiadem appellat, non ab insigni, sed quod ea vectus est Hippocrates, ab Aesculapio oriundus, ad sanandum Democritum, forte respiciens navem, qua Aesculapius Epidauro Romam translatus est.

I I I.

Tempus jam postulat, ut aliquando, quid sentiamus ipsi, proponamus. Hoc quam sit difficile, fatebuntur omnes, qui sciant, quot ante nos in hoc campo desudaverint ingenia, et ad animum revocent, nullam adhuc prolatam esse sententiam, quae ab omni parte vero consentanea inventa sit. Spero tamen futurum, ut nostra qualiscunque opinio minus difficultatis, quam aliorum, quas retulimus, sententiae, habere censeatur.

In hac autem parasemorum tutelarumque materia recte et ordine explicanda, diversarum gentium ratio accuratissime distingui debet. Longe enim alia fuit consuetudo Graecorum, alia Romanorum.

Phoenicibus, qui primi mare tentarunt, sui fuere Pataeci, ut §. 1. vidimus. Ab his, ut alia complura, sic et navigandi artem credibile est ad Graecorum antiquissimos manasse. Vidimus, Pataecos, licet Deos, tamen in proris navium fuisse collocatos: id quod Graeci sunt imitati. Euripides *in Iphigenia in Aulide*, Graecorum classem describens *vs.* 239.

χρυσεαῖς δ' εἰκόσιν
Κατ' ἄκραν Νηρῆδες ἵστασαν θεαὶ,
Πρύμναις σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.

De Demophoontis navibus ita vſ. 247.

Ἀτθίδος δ' ἄγων
Ἑξήκοντα νῆας ὁ Θησέως
Παῖς, ἑξῆς ἐναυλοχεῖ, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις
Ἔχων πτεροτοῖσιν ἅρμασιν, θετὸν,
Εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.

De Boeotis ſic ait vſ. 257.

Τοῖς δὲ Κάδμος ἦν
Χρύσεον δράκοντ' ἔχων
Ἀμφὶ νεῶν κόρυμβα.

Verſu vero 275. Neſtoris naves deſcribit:

Ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν
Πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν,
Ὁρᾶν πάροικον Ἄλφεον.

vſ. 240. Nereidas conſiſtere dicit κατ' ἄκραν, qui locus minime diverſus eſt a ſtatione Cadmi vſ. 257. ἀμφὶ νεῶν κόρυμβα. Utrumque conjungit Homerus Il. ι. vſ. 241. Στεῦ-

Στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.

Mirum quantopere et veteres et recentiores dissentiant de vera statione τῶν κορύμβων et τῶν ἀφλάςων, quae tamen recte distinguere nostra etiam plurimi interest. τὰ κόρυμβα explicantur ἀκροςόλια τῶν νεῶν ab Hesychio voce Ἄκρα κόρυμβα. Acrostolia quae sint docet Pollux *I. Segm.* 86. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἐμβόλου καὶ τῆς προεμβολίδος, ὁ ςόλος ἐςὶν ὑπὲρ τὴν ςεῖραν, ὃς καὶ περικεφαλαία καλεῖται. τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ προῦχον ἀκροςόλιον ἡ πτυχὶς ὀνομάζεται. Ἀκροςόλια etiam et κόρυμβα conjungit *Scholiasta* Aeschyli *ad Perf. vs.* 409. *seq.*

ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ
Ναῦς κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς
Κόρυμβα.

Lexicon quidem *Rhetoricum MS.* quod est penes Cl. D. Ruhnkenium, ait, Ἀκροςόλιον τριήρους, τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης τὸ ἀνατεταμένον εἰς τὸ ἄνω μέρος. Sed nihil hoc facit contra *Pollucis* auctoritatem. Non minus de loco ἀφλάςου dubitatur. *Schol.* Apollon. Rhod. 1. 1089. quem sequitur Etymol. M. *p.* 53. Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς λέξεσιν ἀποδέδωκεν ἄφλαςον τὸ ἀκροςόλιον· οὐκ εὖ. ἐπειδὴ τὸ ἀκροςόλιον ἐςὶ τοῦ ςόλου, ςόλος δὲ λέγεται, τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτύχης, καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. πτύχη δὲ λέγεται ὅπου τὸ τῆς νεὼς ἐπιγράφεται ὄνομα· ἐςὶν οὖν ἀκροςόλιον, τὸ ἄφλαςον κατὰ τὴν πρῶραν, ἀλλ' ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῆς

πρύμνης αὐτὸ παραδίδωσι, λέγων, (*Il.* O. 717.) Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὔτι μεθήει, Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων. καὶ εἴρηται ἄφλαστον κατὰ συγγένειαν τοῦ φ πρὸς τὸ θ, ἄθλαστον κατὰ ἀντίφρασιν, ἐπεὶ εὔθλαστόν ἐστιν. ἔστιν οὖν ἄφλαστον, σανίδιον κατὰ τὴν πρύμναν. Etymol. in Ἄφλαστον p. 177 Ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια τῆς νηὸς —— διαφέρει δὲ τῶν κορύμβων. ἄφλαστα μὲν λέγεται, τὰ πρυμνήσια. κόρυμβα, τὰ πρωρήσια. Eustathius *ad Homer. l. c.* Ἄφλαστον δέ φασιν, οὐχὶ τὸ ἀκροστόλιον, διαφέρουσι γὰρ αἱ λέξεις, ἀλλὰ κατὰ Δίδυμον, ὡς φησὶ Παυσανίας, τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον ἐκ κανονίων πλατέων ἐπικεκαμμένων. Sed recte *Etymologus*, τὰ κόρυμβα in prora ponit. Sic et Is. Tzetzes *ad Lycophron vs.* 295. ἄφλαστα καλεῖται ἄκρα τῆς νεὼς, κατ' εὐφημισμὸν τὰ εὔθλαστα, καὶ κόρυμβα τὸ αὐτὸ δηλοῦσι. διαφέρουσι δὲ, ὅτι τὰ μὲν ἄφλαστα πρυμνήσια, τὰ δὲ κόρυμβα πρωρήσια. Obstat tamen Apollonius Rhodius II. 603.

Ἔμπης δ' ἀφλάστοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα.

et *Apollonium* secutus Val. Flacc. IV. 691.

Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis:
Parsque, nefas, deprensa jugis.

Vid. Burmann. *ad* Val. Flacc. I. 273. Sed poëtae hoc discrimen minus servasse videntur. Et ex hoc quoque intelligitur τὰ κόρυμβα esse rostra, quod Hector,

ctor, loco *Homeri* citato Il. I. 241. minetur se ea abscissurum, et, victoriae monumentum, in templis Deorum esse affixurum, quomodo explicat *Schol. Victorii* hoc loco: ἢ μάλιστα, ἵνα κατὰ παλαιὸν ἔθος, ἀναθήσῃ αὐτὰ ναοῖς ἐγχωρίοις εἰς τρόπαια. Hoc omnibus Graecis fuit usitatum. Herodotus III. 59. p. 183. καὶ τῶν νεῶν καπρίας ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ. Xenophon *Hellen.* II. p. 461. E. ταῖς δὲ Λακωνικαῖς ναυσὶν ἀπέπλευσεν εἰς Λακεδαίμονα, ἀπάγων τά τε αἰχμαλωτῶν νεῶν ἀκρωτήρια, καὶ τὰς ἐκ τοῦ Πειραιέως τριήρεις. Pausan. *L.* x. *c.* 11. *p.* 825. Ὠικοδόμησαν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι στοὰν ἀπὸ χρημάτων, ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι Πελοποννησίοις ἦσαν τοῦ Ἑλληνικοῦ σύμμαχοι. ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἀκρωτήρια καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ. Similiter Romani suggestum illum in foro, qui hinc rostrorum nomine fuit nobilissimus, navium Antiatum rostris adornaverunt. Rostra quoque in triumphis ferebantur. Appian. *de bell. Mithrid.* *p.* 252. ἁμάξας δὲ ὅπλων ἀπείρους τὸ πλῆθος, καὶ νεῶν ἔμβολα etc. Cum vero alii rostra, Plutarchus τὰ παράσημα, Diis dedicata scribant, hoc etiam argumento est, τὰ παράσημα non longe a rostris remota fuisse. *Plutarchi* locus est in *Themist.* *T.* 1. *p.* 119. *D.* πρῶτος μὲν οὖν λαμβάνει ναῦν Λυκομήδης ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἧς τὰ παράσημα περικόψας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι δαφνηφόρῳ. Deos in proris navium constitutos fuisse multo evidentius patebit ex loco Aeschyl. *in Sept. contr. Thebas* vs. 214.

Τί οὖν; ὁ ναύτης ἆρα γ᾽ ἐς πρῷραν φυγὼν
Πρύμνηθεν, εὗρε μηχανὴν σωτηρίας
Νεὼς καμούσης ποντίῳ πρὸς κύματι.

quae rectissime explicat hoc loco *Scholiasta:* *ὁ Ἐτεοκλῆς, εἰπόντος τοῦ χοροῦ, ὅτι διὰ τοῦτο ἔφυγον πρὸς τοὺς ναοὺς τῶν θεῶν, ὅτι ἐφοβήθην ἀκούσασα τὸν κτύπον τῶν ἁρμάτων καὶ τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, φησὶ πρὸς αὐτὸν, τί οὖν; ὁ ναύτης ἆρα τῆς νηὸς καταποντιζομένης ἐν τῇ θαλάσσῃ. εὗρε μηχανὴν σωτηρίας φυγὼν ἀπὸ πρύμνης εἰς πρῷραν. οὕτως οὖν οὐδὲ ὑμεῖς μηχανὴν σωτηρίας εὑρήσετε περιϊοῦσαι τὴν πόλιν, καὶ καταλείψασαι τὰ οἰκεῖα οἰκήματα.* Ex hisce versibus quam clarissime apparere arbitror, in prora simulacra quaedam Deorum fuisse, ad quae gubernator, relicta puppi, veluti chorus ad Deorum templa, confugeret. Vidit hoc Stanlejus *ad l. c.* et rectissime *Heinsio* et *Scaligero* opposuit. Huc facit etiam *Schol.* Homeri *ad Il.* I. *vs.* 241. *ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες τῶν θεῶν.* Et Suidas v. *Ἄκρα κόρυμβα· τὰ ἀκροστόλια τῶν νεῶν, τὰ ἐξέχοντα κατὰ πρύμναν, ἢ πρῷραν, ἐν οἷς τὰ σεβόμενα ἐνέγραφον.* Vid. ibi Kuster. Quanquam minus recte Suidas acrostolia etiam in puppi ponit, uti jam diximus. Et hoc modo si explicentur, recte sese habent Latinorum Grammaticorum loci, §. 11. laudati. Hae imagines sine dubio fuere *τὰ παράσημα*, nec ullo pacto pro veri nominis tutelis haberi possunt. Tutelae enim nomen Graecis est incognitum. Et quis

cre-

credat, eos rem, cui appellandae ne nomen quidem habuerint, in navibus circumtulisse? Nam quod *Glossographi*, *Tutelam*, ἐπιτροπὴν καὶ ἀσφάλειαν explicant, fluxit ex more recentiorum Graecorum, non antiquorum.

Unaquaeque scilicet gens, primis temporibus, quem maxime Deum, vel heroa, coleret, habebat in navibus parasemon, quod praeter versus Euripidis, quem non credibile est sic locuturum, nisi prioribus temporibus fuisset usitatum, etiam apparet ex loco antea laudato *Schol.* Aristoph. *in Acharn.* vs. 546. Postea praeter Deos alia etiam sunt adhibita. Sic Samiae naves sibi peculiare apri insigne in proris habebant; sic et Gaditanae naves equo noscebantur, ut vidimus. Hoc παράσημον, omnibus illius populi navibus, ut reor, commune, etiam σημεῖον videtur vocasse Polyaenus III. 11, 11. memorans τὸ Ἀττικὸν σημεῖον, quod verosimile est fuisse Παλλάδιον, ap. Aristoph. *in Acharn.* vs. 546. Pari ratione *L.* VIII. 53, 1. nominat σημεῖα τὰ Περσικὰ, et 53. 3. τὸ σημεῖον τῶν βαρβάρων καὶ τῶν Ἑλλήνων. Herodotus, in hac ipsa Artemisiae historia, τοῦ παρασήμου mentionem facit. Hoc παράσημον quoniam saepe Deus, Dea, vel heros esset, non mirum est, si nautae salutem suam illis commendaverint, et has effigies divino cultu affecerint. Sic *Schol.* Aristoph. *l. c.* ὧν ἐπιμελοῦνται οἱ μέλλοντες πλεῖν, quod et ex verbis Aeschyli laudatis apparet. Qua ratione si cui minus proprie *Tutelam* appellare libuerit, nihil intercedo,

mo-

modo ne cum Romanorum tutela, multis partibus diversa, Graecorum παράσημον confundat.

Quod vero ad navis nomen attinet, certum est, unicuique navi peculiare fuisse. Palaeph. *de incredib. c.* 29. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. Hoc accipiebat a parasemo, quod in privatorum navibus ex domini arbitrio ponebatur. Palaeph. *c.* 32. ἀπαιτήσας δὲ τριήρη ἀπέθηκε τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἐπ' αὐτὴν καὶ τῇ νηῒ ὄνομα ἔθετο Γόργων. Plutarch. *Tom.* II. *p.* 162. Οὐ μὴν ἀλλ' ἑαυτὸν ὁ Γοργίας ἔφη πυθόμενον τοῦ τε ναυκλήρου τοὔνομα καὶ τοῦ κυβερνήτου, καὶ τῆς νεὼς τὸ παράσημον. Hoc nomen etiam inscribebatur ἐπὶ τῆς πτύχης, in loco, qui ὀφθαλμὸς dicitur. Pollux I. 86. πτυχὶς δὲ ὀνομάζεται καὶ ὀφθαλμὸς, ὅπου καὶ τοὔνομα τῆς νεὼς ἐπιγράφουσι. Vid. Scheffer. *de Mil. Navali L.* III. *c.* I.

Lacerda tamen ad Virgil. *Aen.* X. 170. Venerem, in Argoa navi, putat fuisse tutelam, quamvis non esset insigne, ex verbis Jasonis ap. Euripidem *in Medea* 527.

> Κύπριν κομίζω τῆς ἐμῆς ναυκληρίας
> Σώτειραν εἶναι, θεῶν τε κἀνθρώπων μόνην.

Sed multum fallitur. Nihil enim est in oratione Euripidea, unde efficias, navis tutelam fuisse, sed hoc tantummodo, Venerem inter omnes Deos hominesque Jasoni maxime fuisse propitiam.

Nec

Nec qnisquam nobis Latinorum poëtarum loca objiciat, tutelam, ubi Graecas res enarrant, ſaepisſime memorantium. Exemplo ſit Valerius Flaccus, qui I. 301. *tutelam carinae* nominat, quam VIII. 302. diſerte in ſumma puppi collocat:

Puppe procul ſumma, vigilis poſt terga magiſtri,
Haeſerat auratae genibus Medea Minervae.

Vides diſtincte Minervam, navis Argoae tutelam, in ſumma puppi locari. Verum omnia ſui temporis conſuetudinem ſecutus invertit poëta, ad quod viri doctiſſimi ſaepe non attenderunt. Poſſet quis etiam objicere locum Plutarchi *T.* II. *p.* 247. E. Ἔπλει δὲ πλοίῳ, λέοντα μὲν ἔχοντι πρώραθεν ἐπίσημον, ἐκ δὲ πρύμνης δράκοντα. Sed credendum eſt, non niſi ornamenti cauſſa, ut anſerculum §. ſuperiori vidimus, navi fuiſſe impoſitum Draconem.

At naves quaedam leguntur Diis ſollemni ritu dedicatae. Sic de Seſoſtris nave Diod. Siculus L. 1. p. 67. Ἐναυπηγήσατο δὲ καὶ πλοῖον κέδρινον, τὸ μὲν μῆκος πήχων διακοσίων καὶ ὀγδοήκοντα, τὴν δὲ ἐπιφάνειαν ἔχον, τὴν μὲν ἔξωθεν ἐπίχρυσον, τὴν δὲ ἔνδοθεν κατηργυρωμένην, καὶ τοῦτο μὲν ἀπέθηκε θεῷ τῷ μάλιστα ἐν Θήβαις τιμωμένῳ. Hunc Oſirin fuiſſe putat Marsham *Can. Chron. p.* 374. Weſſeling. vero rectius Iovem. Vid. Jablonsk. *Panth. Aegypt.* II. *p.* 162. Hoc modo, cum Proſerpinae ſacerdotes, Timoleonte jamjam profecturo, per ſomnium vidiſſent, Cere-

rem

rem et Proserpinam ad iter se accingentes, dicentesque, sese Timoleonti in Siciliam comites ituras, Corinthii optimam trierum Deabus sacram nuncupaverunt. Vid. Diodor. Sicul. XVI. 66. Plutarch. *in Timol.* T. I. p. 239. Sic Arrianus *de Exp. Alex.* II. 24. 11. *καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέος, ἥν τινα ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε, καὶ ταύτην τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε.* Similiter Apulejus *Met.* L. XI. p. 264. *Ibi dum, simulacris rite dispositis, navem faberrime factam, picturis miris Aegyptiorum circumsecus variegatam, summus sacerdos teda lucida, et ovo, et sulphure, solemnissimas preces de casto profatus ore, quam purissime purificatam Deae nuncupavit dedicavitque.* Sed respondendum videtur, hasce naves reliquorum numero exemtas fuisse, et peculiari modo Diis fuisse dedicatas et sacratas, adeoque huc trahi non debere.

Priusquam vero ad Romanorum hac in re instituta accedamus, quaedam de Alexandrinis navibus sunt praemittenda. Hae scilicet cum Graecis hactenus conveniebant, quod insigne, unde appellabantur, in prora positum haberent, sed hoc ipsis erat singulare, quod duplici parasemo insignirentur. Alexandrina navis fuit Διόσκουροι ap. Lucam in *Act. App.* XXVIII. 11. ad quam respiciens Cyrillus *in Catena ad Jesaiam: ἔθος γὰρ πως ἀεὶ ἐν ταῖς Ἀλεξανδρινῶν μάλιστα ναυσὶ, πρός γε τῆς πρώρης δέξια τε καὶ εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας.* Ex hoc loco clarissime intelligitur, in Alexandrinarum navium proris, tam

a dextra, quam a ſiniſtra parte Deorum quasdam imagines fuiſſe collocatas. Lucem hinc accipit locus Luciani *in dial.* Πλοῖον ἢ Εὐχαὶ, T. III. p. 251. *καταντικρὺ δὲ ἀνάλογεν ἡ πρῶρα. ὑπερβέβηκε ἐς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη· τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν.* Ut ſcilicet utrumque prorae latus Deae imagine fuerit conſpicuum. Forſitan Phoenicibus, Alexandrinorum vicinis, etiam tale quid in more poſitum fuit: quando certe ratio reddi poterit, cur Plutarch. *in Themiſt. T.* I. *p.* 119. navem, quae erat Phoenicia (Phoenices enim in pugna Salaminia Athenienſibus erant oppoſiti. Vid. et Aeſchylum in *Perſis* *vſ.* 410. ubi eandem hiſtoriam tradit) a Lycomede captam memorans, *τῶν παρασήμων* plurali numero fecerit mentionem.

Romanorum vero hac in re inſtituta a Graecis vehementer diſcrepuerunt. Scilicet apud eos diſtincta fuere paraſemon et tutela, cum haec in puppi, illud in prora ſemper poneretur, unde et navis nomen accipiebat. Hoc primum, ne repetam argumenta, quae congeſſere Scaliger, Heinſius, etc. cognoſcere licet ex Propertio IV. 6. 50.

Quodque vehunt prorae Centauros ſaxa minantes:
Tigna cava, et pictos experiere metus.

Deinde ex Achate ap. R. Borionum *in Coll. Ant. Rom. n.* 73. ubi in navis bellicae prora eſt *Leo*, ſine dubio paraſemon, quale etiam occurrit ap. Virgil. x. *vſ.* 157.

Aeneia

Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subjuncta Leones.

Sic Canis, ex navis prora eminens, est apud Dion. Cass. LI. p. 634. Idem confirmat Seneca *Ep.* 76. *p.* 524. *Navis bona dicitur, non cui argenteum, aut aureum rostrum est, nec, cujus tutela ebore caelata est, nec quae opibus regiis pressa est, sed stabilis et firma* etc. Rostrum cum nominat argenteum, sine dubio respexit ad insigne, quoniam ei tutelam opponit. *Senecae* loco simillimus est hic Gregorii Nazianz. *Carm.* X. *vs.* 5. *p.* 79.

Νῆα δὲ ποντοπόρειαν ἐπήνεσα οὐ παρασήμοις
Κάλλεσιν, οὐ πρύμνης ἄνθεσι λαμπομένην.

Quod vero ad navis nomen attinet, illud ab insigni fuisse petitum, non adeo difficile est demonstrare. Ovid. *Trist.* I. 10. 1.

Est mihi, sitque, precor, flavae tutela Minervae
Navis, et a picta casside nomen habet.

Cassis scilicet, sive *Galea* erat insigne. Sic naves *Centaurus*, *Pristis*, *Chimaera*, *Scylla* etc. ap. Virg. *Aen.* V. non a tutelarum ut ait Servius, sed ab insignium pictura nomina acceperunt. Tacitus *Annal.* VI. 34. 4. *Nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phrixum, sive id animal,*
seu

sea navis insigne fuerit. Jam satis mihi ostendisse videor, quae Romanorum in parasemis consuetudo fuerit. Superest, ut de tutela dicamus. Deos fuisse navium tutores, non temere quisquam in dubium vocabit. De loco tutelae major est quaestio. Sed ex iis, quae viri doctissimi, Scaliger, Heinsius, Salmasius, aliique dudum contulerunt, liquido constat, non aliam nisi in puppi habuisse sedem. Sic Val. Flacc. VIII. 203. loco jam laudato. Sic Ovidius *Ep.* XVI. 112.

Accipit et pictos puppis adunca Deos.

Persius *Sat.* VI. 29.

jacet ipse in littore et una
Ingentes de puppe Dii.

ubi *Scholiast. Navium tutelam dicit, quam in puppibus habent vel fingunt.* Haec sunt ἄνθεα πρύμνης ap. Greg. Nazianz. *l. c.* et sic Is. Tzetz. *ad* Lycophr. *v. s.* 26. ἄφλαστα δὲ λέγεται πρύμναι, ὅτι αἱ πρύμναι τῶν πλοίων τῶν βαρβαρικῶν καὶ στρατιωτικῶν θεοὺς γεγραμμένους εἶχον, ἃ δι' ἐυσέβειαν οὐκ ἄν τις ἔκαυσε. Argumenta vero, quae huic sententiae obstare videantur, aut jam confutata sunt in superioribus, aut distinctione, quam tradidimus, adhibita, facile convelluntur.

DISSERTATIO

DE

VITA ET SCRIPTIS LONGINI.

I.

Quanquam bonae literae, et praeclara ingenia ſeculo tertio una cum ipſo imperio Romano conciderunt, tamen, in tanta etiam converſione rerum ac perturbatione, fuit aliquis excellentium virorum proventus. Quorum longe principes numerantur inprimis duo, Longinus, cui vel meliora tempora perpaucos pares tulerunt, ac Porphyrius, e Longini diſciplina profectus, et ad magiſtri laudes, quanquam longo intervallo, proxime accedens. Porphyrii vitam, ſtudia, et ſcripta Lucas Holſtenius, vir magna et recondita eruditione, tam accurate enarravit, ut exemplum dederit talis hiſtoriae bene ſcribendae. At Longini memoriae qui pari et cura et doctrinae copia conſuleret, adhuc ſcimus repertum eſſe

ſe neminem. Quo magis convenit, eandem illi, aut etiam diligentiorem, ſi fieri poteſt, operam navare.

II.

Longinus in fronte libri Π. Υ. vocatur *Dionyſius Longinus*, a Photio Lex. MS. v. Σίρφοι, *Caſſius Longinus*, a Suida v. Λογγῖνος, *Longinus Caſſius*, cognomine praepoſito gentili nomini. Quam nominum transpoſitionem Graecis aut ſolis, aut maxime uſitatam dicit Reimarus in Vita Dion. Caſſii p. 1534. Sed multis exemplis planum fecit Dukerus ad Flor. II. 2. 11. Latinos ſcriptores eandem rationem frequentare; eamque argenteae, quam vocant, aetati inprimis vindicavit Lipſius ad Senec. de Tranq. an. 14. Plenum igitur hominis nomen erat *Dionyſius Caſſius Longinus*. Graeco *Dionyſii* nomini, quod infans acceperat, Romanum *Caſſii Longini* acceſſit, ſive quod ipſe in familiae Caſſiae Longinae clientelam receptus eſſet, ſive quod ejus majores per aliquem ex Caſſiis Longinis civitatem accepiſſent. De quo more Graecis barbariſque frequentiſſimo videndus Henr. Cannegieterus de Nominib. cap. VI. Certe melior eſt haec ratio illa Fabriciana Bibl. Gr. T. IV. p. 435. qua Longinum nepotem facit Caſſii Longini apud Plutarch. Symp. IX. 1. quamvis contextus facile doceat, illum Longinum, non Graecum, ſed unum quem e proceribus Romanis fuiſſe. Et quoniam de Longini nomine dicere coepimus, hoc quo-

que notandum videtur, eum nunquam simpliciter *Dionysii*, semel *Dionysii Longini*, bis terve *Cassii Longini*, plerumque uno *Longini* nomine laudari. Quam observationem si quis minutam et contemnendam dicat, is sciat, eam mox nobis in gravioribus profuturam.

III.

Quo anno Longinus natus sit, nemo commemoravit, satis habentibus antiquis scriptoribus, tempus, quo summam ingenii gloriam attigisset, designare. Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. ἐπὶ Κλαυδίου δὲ Λογγῖνος ἤκμαζε. Georg. Syncellus Chron. p. 384. ἐφ᾽ οὗ (Αὐρηλιανοῦ) φασὶ Φιλόστρατον τὸν Ἀθηναῖον ἱστοριογράφον, καὶ Λογγῖνον ἀκμάσαι. Sed quid natalem diem annumve scire attinet, cum aetas ejus satis certis et perspicuis indiciis teneatur? Nam si magistrum viginti annis discipulo Porphyrio, qui A. C. 233. natus est, grandiorem fuisse ponamus, natalis ejus incidit in A. C. 213. vixitque adeo Longinus sexaginta annos, quoniam certum est, eum A. C. 273. periisse. Non minus incertus est ejus locus natalis. Abr. Sellerus Ant. Palmyr. p. 288. Palmyrenum esse suspicatur; Syrum vel Emisenum Gabriel de Petra, cui Holstenius de Vita Porphyr. cap. 5. accedere videtur; Pamphylium Langbaenius, quippe Dionysium Longinum perperam confundens cum Dionysio Phaselite. Syrum viri docti Longinum faciunt hoc argumento, quod mater Syra fuit, et quod

quod ex Vopiſco in Aurelian. 30. ſibi collegiſſe viſi ſunt, Longinum Syriacae linguae peritum fuiſſe. At ſcierit Syriace, nihil impedio: quamvis id ex ambiguo Vopiſci loco vix intelligi poſſit: num idcirco ſtatim in Syria natus putandus eſt? Ejus enim linguae vel a matre in Graecia, vel a Palmyrenis, apud quos poſtea vixit, diſcendae facultatem habuit. Equidem multo pronior ſim in ſententiam Jo. Jonſii de Script. Hiſt. Phil. III. 14. Athenas Longino patriam tribuentis. Hic certe ejus avunculus, Phronto, Emiſenus, ex cujus ſorore Phrontonide natus eſt Longinus, artem rhetoricam docebat. Qua de re egregius eſt locus Suidae: *Φρόντων Ἐμισηνὸς, ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σευήρου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ· ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ, καὶ Ἀψίνῃ τῷ Γαδαρεῖ. ἐτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις, περὶ ξ' ἔτη γεγονώς· καὶ ἀδελφῆς Φροντωνίδος παῖδα ὄντα Λογγῖνον τὸν Κριτικὸν κληρονόμον κατέλιπεν. ἔγραψε δὲ συχνοὺς λόγους.* Hunc Phrontonem, Graecum rhetorem, Langbaenius et alii, qui Longini vitam enarrarunt, errantem ducem, Jo. Rualdum in Plutarchi Vita cap. 5. ſecuti, temere confuderunt cum oratore Romano, M. Cornelio Frontone, M. Antonini Philoſophi in Latinis literis magiſtro, de quo vide Capitolin. in M. Anton. 2. Quem errorem, nuper etiam repetitum ab hiſtoriae philoſophicae compilatore T. II. p. 214. ita confutavit vir doctiſſimus, Eduardus Corſinus in Plutarchi Vita §. 5. dicere ut contra poſſe nemo videatur. Phronto, dum vixit,

 Lon-

Longinum in filii modum amavit, et moriens bonorum ſuorum heredem ſcripſit. Nec dubitari poteſt, quin idem ejus ingenium ad omnem humanitatem finxerit, eique viam, qua ad veram eloquentiam iretur, monſtrarit, praeſertim cum aemulatio, Phrontoni cum Philoſtrato et Apſine intercedens, cujus Suidas mentionem facit, vix ſineret ſororis filium aemulorum diſciplinae commendari.

IV.

Ipſe Longinus in Praefatione luculenta libri περὶ τέλους, quam Porphyrius in Vita Plotini p. 127. conſervavit, narrat, ſe ab ineunte aetate cum parentibus multa itinera obiiſſe, multas regiones luſtraſſe, et omnes, qui clarum in philoſophia nomen haberent, per hanc peregrinandi opportunitatem vidiſſe. Ex quo, quantam facultatem habuerit optimi cujusque magiſtri ſibi legendi, facile judicari poteſt. Ex Platonicis vidit Euclidem, Democritum, Proclinum, Ammonium Saccam, Origenem, Plotinum, Amelium, Theodotum, Eubulum: e Stoicis Themiſtoclem, Phoebionem, Annium, Medium, Herminum, Lyſimachum, Athenaeum, Muſonium: ex Peripateticis Heliodorum Alexandrinum, Ammonium, Ptolemaeum. Quorum omnium, ſi Ammonium Saccam, Origenem, Plotinum et Amelium excipias, vix tenuis notitia ad nos pervenit, propterea quod alii nihil literis prodiderunt, aliorum libros vetuſtas in-

intercepit. Democritus fcripfit Commentarium in Platonis Alcibiadem, quem laudat Olympiodorus Commentario MS. in eundem dialogum p. 29. B. Τὸ εὖ λέγεις, ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπίκλην χνα, διότι μετρούμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ χνα (i. e. 651.) ποιεῖ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους ἐκδέχεται. ὁ δὲ Δαμάσκιος, ὡς ἀπὸ Ἀλκιβιάδου. καὶ ἄμεινον τὸ δεύτερον. item Commentarium in Phaedonem, qui ab eodem Olympiodoro in eundem dialogum commemoratur: Ὅτι τὴν γῆν, οἱ μὲν ἀσώματον φασὶ τὴν ἐνταῦθα λεγομένην, οἱ δὲ σωματικήν. καὶ τούτων ὅλον μὲν τὸν κόσμον, Ἁρποκρατίων, τὸν δὲ ὑπὸ σελήνην, Θεόδωρος. τῶν δὲ ἀσωμάτων, τὴν μὲν ἰδέαν Δημόκριτος, τὴν δὲ φύσιν, Πλούταρχος. Ejusdem Democriti mentionem facit Syrianus Commentario MS. in Ariftotelis Metaphyfica: μηδὲ Πλούταρχον καὶ Ἀττικὸν καὶ Δημόκριτον τοὺς Πλατωνικοὺς κατ' αὐτὸ τοῦτο ζηλοῦμεν. Ptolemaeum Peripateticum Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 310. laudari putat a Sexto Empiric. adv. Gramm. I. 3. p. 229. In quo virum egregium ratio fallit. Nam primum Ptolemaeus, quem Longinus vidit, per temporis rationes vix potuit a Sexto Empirico commemorari. Deinde Longinus diferte teftatur, eum nihil, praeter carmina et declamationes, fcriptum reliquiffe. Ammonio Peripatetico hanc infignem variae copiofaeque eruditionis laudem tribuit Longinus: οὐ γάρ ἐστιν, ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς πολυμάθειαν παραπλήσιος. a cujus judicio non difcrepat Philoftrat. Vit. Sophift. II. 27. p. 618. Ἱππόδρομος πλεῖστα ἀνέ-

γνω μετά γε 'Αμμώνιον τὸν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. ἐκείνου γὰρ πολυγραμματώτερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων. ubi Peripateticum Ammonium cum Platonico a Gothofredo Oleario confundi, nemo miretur, cum hic etiam errarit Jonſius, tanto doctior, et ſollertior, de Script. Hiſt. Phil. III. 13. p. 282. Vide Fabricium Bibl. Gr. T. IV. p. 172.

V.

Hi ſunt ineuntis ſeculi tertii philoſophi, cogniti omnes a Longino. In quibus cum ingenio ſcientiaque longe excellerent Ammonius Saccas et Origenes, horum ſe potiſſimum diſciplinae tradidit, iisque audiendis multum temporis conſumſit. Ipſum teſtem audiamus in Praefatione libri *περὶ τέλους· Τοῦ δὲ δευτέρου τρόπου Πλατωνικοὶ μὲν 'Αμμώνιος καὶ 'Ωριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖςον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν.* Alexandriae tum philoſophiam Platonicam docebat Ammonius, cui, quod juvenis ſaccis portandis victum quaeſiſſet, ſcurrilis Alexandrinorum dicacitas cognomen *Saccas* indidit, non diſſimile nomini *Cybioſactes*, quo, ut Suetonius in Veſpaſ. 19. auctor eſt, olim unum e regibus ſuis, poſt Veſpaſianum notarant. Magna hujus philoſophi fama erat, partim juſtis de cauſſis orta, partim ab adoleſcentibus, temere, ut fieri ſolet, novitatem diſciplinae mirantibus, commota. Etenim rem inauditam ac

pro-

prope incredibilem profitebatur, ſe ex diverſarum ſectarum ſententiis unum quaſi philoſophiae corpus confecturum, Platonemque cum Ariſtotele in concordiam redacturum. Sed de Ammonio tanto minus hic dicere neceſſe eſt, quod tota philoſophandi ratio, quam ſecutus eſt, e Plotino, ejus diſcipulo, qui illam literis prodidit, intelligitur. Vide e veteribus Hieroclem apud Photium Bibl. Cod. CCXIV. p. 550. e recentioribus Moshemium Diſſert. de turbata per Platonicos eccleſia §. 7. ſeqq. et Hiſtor. Chriſtian. ſeculi II. §. 27. ſeqq. quanquam is in multis fingenti, quam docenti ſimilior eſt. Alter Longini magiſter erat Origenes, omnium Ammonii diſcipulorum, ſi Plotinum excipias, nobiliſſimus, quem Suidas v. Ἀμέλιος cum Ammonio conjungit. Hierocles l. c. p. 554. οὗ τῶν γνωρίμων οἱ ἐπιφανέστατοι Πλωτῖνός τε καὶ Ὠριγένης. Multi hunc Origenem, a Chriſtianis ſacris alienum, confundunt cum inclyto illo Origene Adamantio, Ammonii et ipſo diſcipulo, tanquam Jo Jonſius de Script. Hiſt Phil. III. 16. p. 293. et Jo. Pearſonus Proleg. in Hierocl. p. 29. revocans tamen errorem ſuum Vindic. Ignat. II. p. 10. Sed quomodo diſtinguendi ſint, praeclare docet H. Valeſius ad Euſeb. H. E. VI. 19. quem, praeter ceteros, ſequitur Huetius Origenian. l. 7. Quanti Plotinus Origenem fecerit, teſtimonio ſit, quod narrat Porphyrius in Plotini Vita p. 116. Cum Origenes forte Romae in Plotini ſcholam veniſſet, tantus illi rubor ſuffuſus eſt, ut ſtatim docendi fi-

nem faceret, grave esse dicens differere, praesentibus iis, qui, quae traduntur, aeque teneant, atque ipse, qui docet. Ob quam cum Plotino et Porphyrio consuetudinem, Romae institutam, Origenes ab Eunapio in Porphyr. p. 17. Porphyrii condiscipulus vocatur, frustra, ut nobis videtur, Huetio l. c. tertium aliquem Origenem ex illo loco fingente. Longinus autem non Romae, sed Alexandriae, Origenem audivit, quod quo tempore Origenes Romae cum Plotino et Porphyrio versabatur, ipse jam dudum Athenis bonas artes tradiderat, Porphyriumque formarat. Idem in Praefatione libri περὶ τέλους, quam non semel laudavimus, testatur, Origenem nihil de philosophia literarum monumentis mandasse, et, si quid extet, velut liber περὶ δαιμόνων, levioris operae esse, atque aliud agenti excidisse. Ex illo libro quaedam affert Proclus in Platonis Timaeum p. 24. Alium ejus libellum laudat Porphyrius in Plotini Vita p. 97. ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. de qua inscriptione alii aliter. Valesius ad Euseb. l. c. libellum, suspicatur, comparatum fuisse ad Imperatoris Gallieni facultatem poëticam laudandam. Cujus opinionem merito repudiat Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 97. Nam neque Origenem, primum Graecum, deinde philosophum, decebat, sibi de versibus Latinis judicium arrogare, neque tam foeda ignavissimi Imperatoris adulatio in gravem philosophum cadebat. Melius igitur alii sensum philosophicum in hoc indice quaesiverunt, ut Bruckerus Hist. Phil. T. II. p.

p. 216. quamvis, qualis fuerit, nemo expediverit. Nobis in mentem venit legere: ὅτι νοῦς ποιητὴς καὶ βασιλεὺς, id eſt, *mentem hoc univerſum condidiſſe, et conditum regere.* Ita liber ſcriptus eſt ad refellendos ejus aetatis philoſophos, qui tria rerum principia ſtatuerent, de quibus vide Th. Galeum ad Jamblich. de Myſter. p. 297. et R. Cudworth. Syſtem. Intell. T. I. p. 884. et ad confirmandam ſententiam Platonis Phileb. p. 79. D. πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἑαυτοὺς οὕτω σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς. ubi Olympiodorus Commentar. MS. laudat ſimile Orphicum: νοῦς δὲ οἱ ἀψευδὴς βασιλήιος. Ita verſus ſcribendus, non, ut in Orphei Fragmentis Gesnerianis p. 410. editus eſt: νοῦς δὲ οἷα ψευδὴς βασιλήιος. His Origenis libris adde ejusdem Commentarium in Timaei Platonici prooemium, ſaepe a Proclo in eundem Tim. laudatum, in quo interdum a Longino, qui illud ipſum prooemium ſingulari libro explicuerat, diſſentit, ut cognoſcere licet ex Proclo p. 10. 26. in his autem Origenianis ſcriptis, ſubitariis et temere fuſis, non mirum eſt, ſi gratiam orationis et venuſtatem requirat Eunapius in Porphyr. p. 17. Hactenus de altero Longini in philoſophia magiſtro, Origene.

V I.

Jam etſi Longinus Ammonium, Origenem, Ammoniique diſcipulum, Plotinum aliis aetatis ſuae philo-

losophis anteferebat, non tamen idcirco existimandus est, philosophandi rationem, quam illi sequerentur, per omnia probasse; praesertim cum dissensionem suam a multis Plotinianis, aut, si malis, Ammonianis decretis aperte prae se ferat in Epistola ad Porphyrium, quam ille inseruit Plotini Vitae p. 125. Longinum ignoret oportet, qui tali ingenio placuisse credat duram et contortam philosophorum, qui conciliari nollent, conciliationem, insanum allegorici sive secretioris sensus quaerendi studium, mysticas disputationes de Deo, divinisque emanationibus, et daemonibus, quibus omnes illorum libri sunt referti, alia denique multa, hic non attingenda, quibus tum vera et sincera Platonis philosophia foedum in modum adulterabatur. Non ille e turbidis recentiorum Platonicorum hauriebat rivulis, sed liquidos purosque antiquorum philosophorum, maxime Platonis, fontes consectandos putabat. Quo nomine φιλαρχαῖος verissime appellatus est a Porphyrio in Vita Plotini p. 116. ἀνχγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνου, καὶ τοῦ Φιλαρχαίου. quod Ficinus ita vertit: *Quum liber Longini et Phylarchei de Principiis lectus esset.* Sed cui vel fando auditus est philosophus *Phylarcheus?* Paullo prudentius Langbaenius in Vita Longini, et Vales. de Critica I. 12. φιλαρχαῖος libri indicem esse conjecerunt. Sed Porphyrii verba corrupta sunt, quibus facile sic medeare: ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ περὶ ἀρχῶν Λογγίνου, τοῦ Φιλαρχαίου. id est, *cum ei lectus esset liber Longi-*

gini, priscae sapientiae studiosi, de Principiis. Quam Porphyrii mentem vidit etiam Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 116. et 436. Omnino germanum Platonicum fuisse Longinum, non modo clarum est ex libris, aut fragmentis potius librorum, quae supersunt, sed multo magis ex Commentariis ad Platonem interpretandum comparatis. Ejus Commentarium in Phaedonem memorat Olympiodorus Commentario inedito in eundem dialogum p. 379. D. *Πῶς διὰ τὰ χρήματα πάντες οἱ πόλεμοι γίνονται; πολλοὶ γὰρ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἐγένοντο. ῥητέον οὖν, ὡς μὲν Ἁρποκρατίων, ἢ ὅτι ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἢ ὅτι καὶ ἡ τῶν λαφύρων ἐλπὶς ἐπιτείνει τὸν πόλεμον. ὡς δὲ Λογγῖνος, τὰ ἐκτὸς πάντα χρήματα καλεῖ. οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἐξηγηταὶ, ἐπειδὴ ὀργάνοις χρῶνται τοῖς χρήμασι πάντες οἱ πολεμοῦντες.* Ejusdem Commentarium in Timaeum, vel potius in prooemium Timaei, saepe laudat Proclus in eundem dialogum, tanquam p. 10. 11. 16. 20. 21. 29. 50. 63. 98. Non facile putem, ullum interpretem tantis ingenii et doctrinae praesidiis ad scriptorem aliquem explicandum, quantis Longinus ad Platonem, accessisse. Cujus libros utinam fanaticorum interpretum, Procli, Hermiae et Olympiodori jactura redimere liceret! Paucas admodum Longini explicationes Proclus, quippe veram interpretandi rationem, qua ille utebatur, prae mystica sua contemnens, afferendas putavit. Tamen ex paucis illis apparet, eum non solum res, sed, quoniam Plato a scribendi quoque elegantia spe-

ctari

ctari voluit, etiam verba persecutum esse. Juvat, aliquot, exempli caussa, apponere. Ad Tim. p. 523. A. hanc annotationem laudat Proclus p. 19. *Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ὡραΐζεσθαι τὸν Πλάτωνα φησὶ, διὰ τῶν παραβολῶν καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χάριτος, καλλωπίσαντος* (lege, *καλλωπίσαντα*) *τὸν λόγον, ἐνδεικνύμενος εἴς τινας Πλατωνικοὺς, αὐτοφυῆ τὴν ἑρμηνείαν ταύτην, ἀλλ' οὐκ ἐκ τέχνης πεπορισμένην τῷ Φιλοσόφῳ λέγοντας. εἶναι μὲν γὰρ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων πεφροντισμένην τῷ Πλάτωνι καὶ οὐ κατὰ τὸ ἐπιτυχὸν ἕκαστα λαμβάνειν αὐτόν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἴποι ἄν τις ἀπὸ τῆς κοινῆς τῆς τότε καὶ συνήθους ἑρμηνείας ἥκειν καὶ εἰς αὐτόν. πολλὴν δὲ αὐτὸν ποιεῖσθαι καὶ τῆς συνήθους προμήθειαν. θᾶττον γὰρ ἂν τὰς ἀτόμους Ἐπικούρου συνελθούσας ποιῆσαι κόσμον, ἢ ὀνόματα ὡς ἔτυχε συγκείμενα καὶ ῥήματα λόγον κατωρθωμένον. Πλάτωνα δὲ ἐν μὲν τῇ χρήσει τῶν ὀνομάτων ᾐτιάσαντό τινες, ὡς μεταφοραῖς χρώμενον. περὶ δὲ τὴν συνθήκην, ἅπαντες θαυμάζουσιν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἐκ ταύτης μόνον ἄν τις λάβοι τὴν περὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ φροντίδα, ἀλλὰ ἐκ τῶν τοιούτων ἐπιτηδεύσεων, οἵαν ἐν τούτοις ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ ἁπλῶς λέγει ὁ Σωκράτης ὃ ποθεῖ γενέσθαι αὐτῷ παρὰ τῶν ἀμφὶ Τίμαιον, ἀλλ' ὡραϊζομένῳ πως ἔοικε, καὶ ψυχαγωγοῦντι τὸν ἀκροατήν.* ubi verbum, quod excidit, sic revocandum videtur: *ὡς μεταφοραῖς κατακόρως χρώμενον.* Dionys. Halic. de Thucyd. pag. 161. *ὅταν μὲν αὐτῇ χρήσηται κατακόρως.* Jo. Siceliota Commentario MS. in Hermogenem, de Procopio Gazaeo: *ἀκαίρως μὲν καὶ κατακόρως χρώμενος ταῖς*

τρο-

τροπαῖς καὶ ἐπιθέτοις ἐν τοῖς λόγοις. Rhetor MS. in Bibl. Medicea: οὐ δεῖ κατακόρως ταῖς γνωμολογίαις κεχρῆσθαι. Neque enim omnem metaphorarum uſum, ſed nimiam frequentationem veteres in Platone reprehenderunt, ipſo Longino docente in alio opere Π. Υ. §. 32. Ex eodem ad Tim. p. 523. C. hanc annotationem excerpſit Proclus p. 21. Ὁ Λογγῖνος τὴν λέξιν θεωρεῖν οὐκ ἀπαξιῶν, ἐκεῖνο μὲν τὸ κῶλον ἐν ᾧ φησιν, τὸ δὲ τῶν σοφιςῶν φοβοῦμαι, μή πως ἅτε πλανητὸν ὄν, ἀρχόμενον (lege, ἀρχομένου) φησὶν εἶναι διὰ σεμνότητος ἔφεσιν τὴν φράσιν ἐξαλλάττειν. τὸ δὲ ἑξῆς, ὅσα ἂν οἷάτε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες καὶ τὰ ἐχόμενα, διαςρέφοντος εἶναι τὴν φράσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν. τὸ δὲ τρίτον τὸ, καταλέλειπται δὴ τὸ τῆς ἡμετέρας ἕξεως γένος, παντελῶς ἀλλόκοτον εἶναι. μηδὲν γὰρ ἀπεοικέναι τοῦ βίη Ἡρακλείη, καὶ ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ad Tim. p. 523. F. haec habet Proclus p. 26. Λογγῖνος μὲν ἠπόρει, τί ποτε βούλεται τῷ Πλάτωνι τούτου τοῦ διηγήματος ἡ παράθεσις. οὔτε γὰρ ὡς διαναπαύων τοὺς ἀκροατὰς, οὔτε ὡς δεόμενος πεποίηται τὴν μνήμην. καὶ ἔλυεν ὡς ᾤετο λέγων, ὅτι πρὸ τῆς φυσιολογίας παρέλαβεν αὐτὸ ψυχαγωγῶν τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὸ τῆς ἑρμηνείας ἐκείνης αὐχμηρὸν πρςθεραπεύων διὰ τῆς τούτου παραθέσεως. Hanc Longini rationem eo minus ſpreverim, quod totum prooemium Timaei Platonici membrum eſſe videtur cum corpore parum cohaerens. Cujusmodi prooemia veteres in Heraclidae Pontici et Thoophraſti dialogis reprehenderunt. Proclus Commentario MS. in

in Platonis Parmenidem, ubi omnia Platonis prooemia dialogorum argumentis consentanea esse contendit, sic ait: Τὸ δὲ παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων εἶναι, καθάπερ τὰ τῶν Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ καὶ Θεοφράςου διαλόγων, πᾶσαν ἀνιᾷ κρίσεως μετέχουσαν ἀκοήν. Sequuntur haec apud eundem Procl. p. 27. παλαιὸν ἀκηκοὼς λόγον οὐ νέου ἀνδρός.] Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ἐπισημαίνεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά. τὸ μὲν γὰρ ἔργον, ἀρχαῖον ἐκάλεσε, τὸν δὲ λόγον, παλαιὸν, τὸν δὲ ἄνδρα, οὐ νέον, καίτοι ταυτὸν διὰ πάντων σημαίνων, καὶ δυνάμενος πάντα ὡσαύτως προσειπεῖν. Paucis interjectis idem pag. 28. εἶπεν οὖν τις τῶν φρατόρων] Πάλιν ἐν τούτοις, οἱ μὲν τῆς λέξεως φιλοθεάμονες ἐπισημαίνονται τοῖς αὐτῶν ἐραςαῖς, ὅτι Σόλωνος ἐπαινεῖ τὴν ποίησιν ὁ Πλάτων ἀσφαλῶς, ἰδιώτῃ τὸν ἔπαινον ἀναθεὶς, καὶ εἰς χάριν ἄλλων, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ νοῦν λέγοντι καὶ λόγον. εἴπερ γάρ τις ἄλλος καὶ ποιητῶν ἄριςος κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίςησιν. Ita cum Longinus philosophiae severitatem exquisitioris doctrinae suavitate temperarit, quid miramur, si, qui se res, non verba sectari jactarent, parum magnifice de illo senserint? Plotinus quidem, durior ad haec studia, lecto ejus libro περὶ ἀρχῶν, teste Porphyrio in ejus Vita p. 116. exclamavit: Φιλόλογος μὲν ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς. Quam vocem, velut oraculo missam, repetit Proclus, eruditior ille quidem Plotino, sed eodem morbo laborans, in Platonis Tim.

p. 27.

p. 27. Sed hujus judicii iniquitas unde profecta fit, non eft difficile intelligere. Urebat haud dubie hominem, fuam de Ideis fententiam, quam difcipuli, ut fit, laudibus in coelum ferrent, idoneis rationibus a Longino oppugnari. Huc adde, barbarae et fpinis metaphyficis horridae fapientiae nunquam bene convenire cum elegante et diferta. Etiam nunc reperiuntur, praefertim de fcholaftica Wolfii difciplina, qui paullo elegantius philofophantes, philologos potius, quam philofophos, appellent.

VII.

At vero, quem nos Platonicum philofophum dicimus, Porphyrius apud Eufebium H. E. VI. 19. pro Pythagorico habuiffe videtur: συνῆν γὰρ Ὠριγένης ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, Ἀπολλοφάνους τε καὶ Λογγίνου, καὶ Μοδεράτου, Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν. Quem locum fine ulla fcripturae varietate excerpfit Suidas v. Ὠριγένης. Fabricius quidem Bibl. Gr. T. I. p. 482. 494. credens, omnes philofophos, qui hic commemorentur, Pythagoricos effe, non dubitavit et Apollophanem et Longinum in Pythagoricorum catalogum referre. In quo fallitur vir doctiffimus. Nam Apollophanes Stoicus fuit: Numenius, ficut Longinus, Platonicus; quamvis uterque de illius temporis more Pythagoricae doctrinae ftudium affumfiffet. Alia difficul-

tas haud paullo gravior, quam unus Valesius pro sagacitate sua sensit, ex Porphyriano loco exoritur. Nam primum mirari subit, Longinum cum multo vetustioribus philosophis conjungi: quod artis criticae perito statim suspicionem injiciat corruptelae, in Longini nomine haerentis. Tum acrius telum, quod vulgatam lectionem prorsus jugulet, nobis temporum suppeditat ratio. Nego enim, Origenem Adamantium, eumque juvenem, Longini libros legere potuisse, quod, quo tempore Origenes juvenis philosophiae operam dabat, hoc est, sub ipsum initium seculi tertii, nondum lucem viderat Longinus. Quid igitur? Nempe pro Λογγίνου scribendum Ἀλβίνου. *Albinus*, philosophus Platonicus, qui vulgo male *Alcinous* appellatur, Origeni viam praeire potuit ad Platonem intelligendum, quippe aetate superior Origene, et jam Galeno de libris suis, T. IV. p. 372. laudatus. Ejus duplex extat libellus, quorum alter tradit *ordinem, quo Platonis dialogi legendi sint*, alter *Epitomen doctrinae Platonis*. Priorem nostra demum aetate protulit Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 44. quem adeat, qui de Albino plura cognoscere velit.

VIII.

Longinus vero, cum justas doctrinae copias et a magistris Alexandrinis, et ab aliis, quos in peregrinatione audierat, summo sibi studio parasset, eas Athenis, ubi natus educatusque erat, explicare instituit,

tulit, docuitque juvenes haec ſtudia aemulantes tanta aſſiduitate, vix ut ei tempus ſupereſſet ad condenda eloquentiae ſuae monimenta, ſi vera nobis narrat Joannes Siceliota Commentario MS. in Hermogenem περὶ ἰδεῶν· ὁ μὲν γὰρ Λογγῖνος περὶ τὸ διδάσκειν μόνον ἐνασχολούμενος, καὶ περὶ τὸ γράφειν τελείας ὑποθέσεις οὐκ ἔχων καιρὸν, τὸ τῆς Ὁμήρου (Il. I. 323.) πέπονθεν ὄρνιθος, λιμώττουσαν τοὺς νεοττοὺς τρέφειν. de quo loco mox plura dicemus. Hic ejus diſciplina uſus eſt Malchus, domo Tyrius, cujus patrium nomen, Graecis auribus moleſtum, Longinus in Πορφύριος mutavit, forte Ariſtotelem, qui ex Tyrtamo fecerat Theophraſtum, imitatus. Eunapius in Porphyr. pag. 13. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιτρέψας. Qua in re Eunapii diligentiam requirit Valeſius de Crit. I. 18. Neque enim Longinus, ſed Amelius nominis Tyrii in Graecum Βασιλεὺς mutandi auctor fuit, ipſo Porphyrio teſte de Vita Plotini p. 120. Βασιλεὺς etiam, non Πόρφυριος, vocatur a Longino in Praef. libri περὶ τέλους p. 131. Quae facile conciliantur, ſi dicamus, Malchum quidem primum ab Amelio Βασιλέα, mox a Longino ejusdem fere poteſtatis, ſed gratioris ſoni nomine, Πορφύριον appellatum eſſe. Sed hoc utcunque accipiatur, parum referre arbitror. Illud magis convenit quaerere, quid Longinus Athenis profeſſus ſit, ar-

temne criticam, vel grammaticam, ut Langbaenio in ejus Vita videtur, an philosophiam, ut Valesio ad Euseb. H. E. VI. 19. et de Crit. I. 17. Priorem sententiam confirmat Eunapius, Porphyrii in Grammaticis et Rhetoricis magistrum edens Longinum, in Porphyr. p. 13. *παρ' ἐκείνῳ δὴ τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης ὥσπερ ἐκεῖνος ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ' ἐκείνην ἔνευσε, φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος.* At hoc non persuadet Valesio de Crit. l. c. quia Porphyrius ipse Quaest. Homer. 25. suum in arte grammatica Athenis praeceptorem, non Longinum, sed Apollonium, praedicat. Praeterea rem conficere Valesio videtur Longinus Praefatione saepe laudata libri *περὶ τέλους* p. 131. ubi suae disciplinae philosophicae Plotinianam a Porphyrio praelatam narrat: *ὃν (Πλωτῖνον) ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς.* *Philosophus* etiam diserte vocatur a Vopisco in Aurelian. 30. et Suida v. *Λογγῖνος.* Item Scholia Longini in Hephaestionem de Metris in Cod. Vatic. inscribuntur: *ἐκ τοῦ Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου.* Tum dictum Plotini de Longino, quod supra retulimus, professione philosophum, non philologum, Longinum fuisse, ostendit, ut pulcre vidit Vales. l. c. Denique *Πλατωνείων* celebratio, quae ipsi tribuitur, non Grammaticis aut Rhetoribus, sed Philosophis, usitata reperitur. Porphyrius apud Euseb. P. E. X. 3. pag. 464. *Τὰ Πλατώνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι, κέκληκεν ἄλλους τε πολλοὺς,* etc. ubi

ubi deteriorum librorum scriptura, Πλωτίνεια, in fraudem inducti, Holstenius in Vita Porphyr. p. 11. et Langbaenius in Vita Longini, Plotini natalem a Longino celebratum putarunt. Verum nec Plotino magistro usus erat Longinus, nec tantum sibi auctoritatis Plotinus constituerat, ut Longinus talem ei honorem, praeteritis Ammonio et Origene, sub quibus profecerat, haberet. Excepit tum Longinus, ut hoc obiter addamus, sollemni convivio florem hominum eruditorum, Athenis degentium, Nicagoram Sophistam, Majorem, Apollonium Grammaticum, Demetrium Geometram, Prosenem Peripateticum, Calietem Stoicum, Caystrium et Maximum. Adfuit etiam Porphyrius, qui totam rem narrat, cum aliis pluribus. Ex his nonnulli sibi nomen apud posteros fecerunt, ut Nicagoras, quem Gothofr. Olearius ad Philostrat. de Vit. Sophist. II. 31. p. 624. turpi errore confundit cum Nicostrato, Rhetore M. Antonini temporibus claro. Vide Suidam v. Νικαγόρας, et ibi Kusterum. Notus etiam est Major Sophista, ex Suida in v. et Scholiaste Hermogen. p. 130. Apollonium Porphyrii in Grammaticis magistrum fuisse, paullo ante diximus. Maximus, nescio, an sit philosophus, domo Tianus, cujus titulum sepulcralem Athenis vidit Sponius Miscell. erud. Antiq. p. 127.

ΜΑΞΙΜΩ
ΤΙΑΝΩ
ΦΙΛΟΣΟΦΩ

 IX.

IX.

Etſi vero Longinus ſe Athenis philoſophum dici haberique voluit, hoc tamen non eam vim habet, ut, quod Valeſius efficere tentat, ſe in docendo unius philoſophiae finibus continuerit, nullam praeterea artem attigerit. Cum enim ipſe, Platonis ſui exemplo, ut bene judicat idem Valeſius de Crit. I. 16. eloquentiam, et ceteras artes, quibus eloquentia alitur et augetur, cum philoſophia conjunxiſſet, Criticesque ſtudium Ariſtotelis aemulatione aſſumſiſſet, quae tandem ſive lex, ſive conſuetudo illum impediit, quo minus ſuae quoque in hoc genere ſcientiae copiam diſcere cupientibus faceret? Porphyrium Criticam et Rhetoricam a Longino accepiſſe, diſertus teſtis eſt Eunapius in ejus Vita p. 13. quem injuria reprehendi a Valeſio, ſatis oſtendit is, quem ſupra laudavimus, Joannes Siceliota MS. Longino non ambigue tribuens artis rhetoricae diſciplinam. Verum tamen Critices ſcientia latius, quam philoſophia, nomen ſuum illuſtravit, non quo hac facultate minus excelleret, ut Holſtenium in Porphyr. Vita p. 29. exiſtimaſſe video, ſed quod, ut mea fert opinio, corrupta jam per recentiores Platonicos philoſophia, ſerum erat, homines ad veteres doctrinarum fontes, atque adeo ad ſanam mentem revocare. Qui fanaticae philoſophiae amor cum Porphyrium, diſcipulorum Longinianorum praeſtantiſſimum, ita infatuaſſet, ut, deſerto Longino, ad Plotinum transiret,

iret, quid alios, minus acutos, et adverſus novitatis illecebras minus cautos, feciſſe arbitramur? Critica igitur docenda gloriam ſuam, omnium confeſſione, maxime fundavit. Quam artem, nemo neſcit, partim ex inſita ingenii ſollertia, partim ex magna doctrinae copia efflorefcere. Atque eruditionem Longini ſic praedicat Eunapius in Porphyr. pag. 13. *Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον.* Qui locus nobis in memoriam revocat ſimilem apud Suidam v. *Μάρκελλος· Μάρκελλος, μάγιστρος Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως, κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἢ, τόγε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος.* Quem non dubitamus ex Eunapii hiſtoria, qua Arcadii quoque res geſtas enarravit, ſumtum eſſe. Ut Longinus *ſpirans bibliotheca* ab Eunapio, ſic Pegaſus, Jctus Romanus, quod tanta memoria erat, ut omnes leges, earumque rationes teneret, *liber* dictus eſt. Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. IV. 77. *Pegaſus juris ſtudio gloriam memoriae meruit, ut liber vulgo, non homo diceretur.* Sunt fortaſſe haud pauci, quibus Eunapius Longinum pulcre et feſtive laudaſſe videatur. Certe *elegantiſſimum elogium* vocat Holſtenius de Vita Porphyr. p. 28. Sed, ut ſunt diverſi ſenſus hominum, ego facile credam Tan. Fabro ad librum Π. Υ. ſect. 3. Longinum ipſum, ſi ſic ſe laudari audiſſet, non minus *viventem* iſtam *bibliothecam*, et *ambulans muſeum*, quam Gorgiae *vivum ſepulcrum*, *τάφον ἔμψυχον*, riſurum fuiſſe. Ab hac igitur facultate

Longinus *Critici* nomen invenit, quod ei tribuitur a Sopatro Proleg. in Ariſtid. p. 3. Photio Bibl. Cod. CCLIX. pag. 1470. Suida v. Λογγῖνος, et v. Πορφύριος. Eundem Porphyrius in Vita Plotini, modo κριτικώτατον, modo τὸν ἐν κρίσει πρῶτον ὄντα καὶ ὑπειλημμένον ἄχρι νῦν appellat. Quid? uni omnium Longino, poſt Ariſtarchum, id honoris habitum eſt, ut ejus nomen ſimpliciter pro Critico poneretur, et κατὰ Λογγῖνον κρίνειν per proverbium pro *recte judicare* diceretur. Hieronymus Epiſt. 95. *Criticum diceres eſſe Longinum, cenſoremque Romanae facundiae.* Theophylactus, Bulgariae Archiepiſcopus, Epiſt. 17. μή μοι οὖν τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξῃς τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν. Graeculus, teſte Bandinio Catal. Biblioth. Laurent. T. II. p. 586. Ariſtidis Orationi in Minervam adſcripſerat: Οὐδὲν ἔχει σπουδῆς ἄξιον. quod judicium alius his verbis reprehendit: Οὐχ ὡς κριτικὸς Λογγῖνος ταῦτα γράφεις. Adde Valeſ. de Critic. l. 2.

X.

Hic non alienum fuerit quaerere, quid tandem Longino Critici famam gloriamque inprimis confecerit? Utrum criſis in Homerum, quam laudat Euſtathius ad Il. A. p. 67. et 106. an libellus περὶ ὕψους, in quo non pauca Critices exempla reperiuntur? Diverſi generis opus fuiſſe, quicunque verba Eunapii in Porphyr. p. 13. diligentius perpenderit,

fa-

facile intelligat: *καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος.* et paucis interjectis: *καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις.* Fuit ergo liber, in quo Longinus de antiquis ſcriptoribus in utramque partem judicaret, et quamdam velut ingeniorum cenſuram ageret: quod e Graecis fecit Dionyſius Halicarnaſſenſis, e Latinis Quinctilianus decimo Inſtitutionum Oratoriarum. Hoc opus, Longinianorum omnium facile praeſtantiſſimum, quoniam vulgo etiam ab hominibus doctiſſimis ignoratur, age, paullo accuratius ſpectemus. Titulus hic erat: Οἱ Φιλόλογοι, id eſt, *variae eruditionis ſtudioſi.* Inſcriptione fere ſimiles ſunt Varronis *Logkiſtorici*, et Hieroclis Φιλίστορες, ſaepe veteribus laudati, ſed argumento ſimilior Telephi *ποικίλη φιλομαθία*, et Porphyrii *φιλόλογος ἱστορία*, de quibus vide Suidam v. Τήλεφος, et v. Πορφύριος, et Jo. Wowerium de Polymath. cap. XV. De magnitudine voluminis ex numero librorum judicare licet: quippe cujus liber XXI laudetur. Non una de cauſſa memorabilis eſt locus Joannis Siceliotae Commentario MS. in Hermogenem *περὶ ἰδεῶν.* Qui ubi disputat, poſſe aliquem de ſcribendi forma bene judicare, nec tamen ipſum bene ſcribere, et contra, hoc modo pergit: *αὐτίκα Λογγῖνος, ὡς οἱ Φιλόλογοι δεικνύουσιν, ἄριστος ἐπιμερίσαι λόγων ἰδέας, δημιουργῆσαι δὲ τοιούτους ἥκιστα. καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς*

καὶ Σμυρναῖος ὁ Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τι καὶ τέχνης γράψαντες, βοῦτα κάρας, ἡ παροιμία φησί· (Lege, βάτα κάρας, et vide Gisb. Koenium, V. C. ad Gregor. de Dialect. p. 51.) δημιουργοὶ δὲ λόγων πολλῶν καὶ καλῶν. εἰκότως. ἡ γὰρ πρὸς θάτερον σπουδή τε καὶ ἐπιμέλεια τὸ ἕτερον ὑφαιρουμένη παρευδοκιμεῖ. ὁ μὲν γὰρ Λογγῖνος περὶ τὸ διδάσκειν μόνον ἐνασχολούμενος, καὶ περὶ τὸ γράφειν τελείας ὑποθέσεις οὐκ ἔχων καιρὸν, τὸ τῆς Ὁμήρου πέπονθεν ὄρνιθος, λιμώττουσαν τοὺς νεοττοὺς τρέφειν· οἱ δὲ τὸ ἀνάπαλιν. ubi ἐπιμερίσαι λόγων ἰδέας intellige varias dicendi formas judicio distinguere, omninoque inveniendi vias et eloquendi artificia sub judicium vocare. Idem Rhetor alio loco sic ait: Φαίνεται δὲ ἡ ἀτοπία τοῦ ποιητοῦ (Aeschyli) μᾶλλον ἐν τῷ τῆς Ὠρειθυίας δράματι, ὅπου ταῖς δυσὶ σιαγόσι φυσσῶν ὁ Βορέας, κυκᾷ τὴν θάλασσαν. οὐ γὰρ φέρω ἐπὶ μνήμους τὰ ἰαμβικὰ, ἐπιλαθόμενος. διὸ καὶ Σοφοκλῆς μιμεῖται. (Lege, μὴ μιμεῖται) λέγει δὲ περὶ τούτων Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ κα. τῶν περὶ Φιλολόγων. De iisdem Aeschyli versibus Longinus etiam sententiam dixerat Π. Υ. sect. 3. In hoc autem loco libri index sic effertur, ut opinio Jonsii de Scriptor. Hist. Phil. III. 14. qua Longinum hoc opere de Philologis et Grammaticis egisse putat, confirmari videatur. Vel sic tamen scribendum: ἐν τῷ κα. τῶν Φιλολόγων. Scholiastes MS. ad Aristid. T. I. p. 323. σημείωσαι ὅτι εἶπε κατορθώματα· φασὶ δὲ μὴ λέγεσθαι τὴν λέξιν. Λέγει δὲ ὁ Λογγῖνος ἐν τρίτῃ Φιλολόγων, ὅτι εὕρηται πολλαχῶς πολλαχοῦ. Auctor

ctor Vitae Apollonii Rhodii: *Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς Φιλολόγοις.* ubi Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 444. perperam ſupplet *βιβλίοις*, vel *συγγράμμασι.* Exemplis enim, quae attulimus, ſatis effectum arbitramur, operis inſcriptionem fuiſſe, *οἱ Φιλόλογοι.* Superſunt pauca Longini fragmenta, quibus, quid de antiquis ſcriptoribus judicarit, exponitur. Quae quin ex hoc libro ducta ſint, non eſt quod dubitemus. Quale illud eſt apud Photium Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. *τοῦ πρὸς Λεπτίνην λόγου τὸ προοίμιον Λόγγῖνος μὲν ὁ Κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. —— ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν Λογγῖνος τοιαύτην περὶ τοῦ προκειμένου προοιμίου τὴν ψῆφον ἐξάγει· ἕτεροι δὲ οὐχ ὁ θῶς ἔφασαν τὸ προοίμιον ἠθικὸν εἶναι.* Quo exemplo perſpicue expreſſa eſt illa ratio formarum eloquendi diſtinguendarum, quam Longinum *ἐν τοῖς Φιλολόγοις* ſecutum eſſe, Jo. Siceliota tradit. Idem Rhetor MS. ex eodem, ni fallor, Longini libro hoc minime vulgare affert: *ὅτι δὲ τοῦτο οὐ σπάνιον* (videlicet *ὅτι παρενεγκεῖν οἱ Φιλόπονοι δύναται τοὺς περιττοὺς τὴν φύσιν*, de quibus in praecedentibus diſputaverat) *πλήρεις αἱ ἱστορίαι καὶ οἱ βίοι τῶν σοφιστῶν. μᾶλλον δ' ἐφ' ἑνὸς Μενελάου τοῦ ποιητοῦ τοῦτο κατίδοι τις ἄν, δυσκολίαν φύσεως φιλοπονίᾳ μεταβαλόντος εἰς τὸ ἀκριβές τε καὶ ἄμωμον, ὥς φησι καὶ Λογγῖνος.* Vix nobis in tanta opportunitate temperamus, quin hujus Menelai, praeſertim tantopere a Longino laudati, obliteratam fere memoriam in tranſcurſu inſtauremus De illo Suidas ita: *Μενέλαος, Αἰγαῖος, ἐποποιός.*

ἔγρα-

ἔγραψε Θηβαΐδα ἐν βιβλίοις ιβ. καὶ ἄλλα. *Thebaidem* ejus laudat, et unus quidem Grammaticorum, quod sciam, Stephanus Byzant. v. Τέμμιξ. Τεμμικίς· καὶ Τεμμίκειος, τὸ κτητικόν. Μενέλαος δὲ διὰ τοῦ ι, Τεμμίκιον ἄστυ, ἐν πρώτῳ Θηβαΐδος. item v. Ὑρμήνη. Μενέλαος δὲ τετάρτῳ Θηβαϊκῶν, Ὑρμίνας, διὰ τοῦ α φησί. Τὴν δ' Ὑρμίνην Ἐχεφυλίδα φησὶ τὰς νῦν Ὁρμίνας. Ὁρμίνας δὲ καὶ τοὺς Ἐπειοὺς καλεῖσθαι. Quem locum L. Holstenius ita tentavit: Τὴν δ' Ὑρμίνην Τριφυλίδα. quod Τριφυλία Elidis pars est. Sed nihil dici poterat a Stephani mente alienius. Integra et sana sunt omnia, modo pro Ἐχεφυλίδα reponatur Ἐχεφυλίδας, quem scriptorem idem Stephanus laudat v. Σφακτηρία. Ἐχεφυλλίδας per duplex λ vocatur a Scholiaste inedito in Platonis Phaedon. p. 389. G. Ἐχεφυλλίδας δὲ φησὶν Ἡρακλέα ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου τῶν Μολιονίδων ἡττηθῆναι etc. Porro Menelaus nobis memorari videtur apud Steph. Byz. v. Εὔτρησις, quamvis Vossius de Hist. Graec. III. pag. 181. Menelaum, philosophum Peripateticum, eundemque historiae scriptorem intelligere malit. Hactenus de Menelao. Ad Longini Φιλολόγους etiam referendum ejus de Aristide judicium, quod est apud Sopatrum Proleg. in Aristid. p. 3. ἤδη μὲν Λογγῖνος καὶ πάντες οἱ κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, ὡς ἐνθυμηματικὸς τυγχάνει, καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τὸν Δημοσθένην μιμούμενος. Ex quo loco apparet, Longinum, praeter scriptores veteres, etiam aetati suae proximos recensuisse. Denique τὰ

πε-

πέρὶ Ξενοφῶντος, quae ipſe Π. Ὕ. ſect. 8. commemorat, niſi quis pro *Commentariis in Xenophontem* habere velit, partem arbitror fuiſſe τῶν Φιλολόγων. Neque enim Xenophon in tali cenſura praeteriri potuit.

XI.

Athenis poſtquam Longinus bonam vitae partem cum juventute erudienda, tum praeclaris ingenii monumentis condendis exegiſſet, patria relicta, in Orientem abiit, ſive ut conſanguineos, Emiſae habitantes, inviſeret, ſive ut ibi hereditarium negotium ageret. Per hanc, ni fallimur, occaſionem, cognitus eſt a virilis animi muliere, et nulli priſcarum heroidum ſecunda, Septimia Zenobia, quae tum Orientis imperium tenebat. Quae non minore ingenio, quam animo, praedita, cum bonas artes adamaret, Longinum Graecarum literarum magiſtrum adhibuit. Vopiſcus in Aurelian. 30. *quo* (Longino) *illa magiſtro uſa eſſe ad Graecas literas dicitur.* Quo uno, ſi quid judicamus, argumento concidit fabula de Zenobiae Judaismo, ſaepe jactata ab Eccleſiae Patribus, Athanaſio Epiſt. ad Solitar. T. I. Opp. p. 386. Photio Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. et aliis, quos indicat Moshemius Hiſtor. Chriſtian. ſeculi III. p. 706. Quis enim credat, Judaeam Graecarum literarum magiſtrum, eumque philoſophum, expetiiſſe? Cujus gentis quantum in Graecas literas et philoſophiam odium fuerit, nihil attinet diſputare poſt

post luculentam demonstrationem Ernesti V. C. Opusc. Philol. p. 408. Unde igitur ista manavit fabula? Nempe ab immoderata et minime Christiana maledicendi licentia, quam illius aetatis orthodoxi sibi in quoslibet a se dissentientes sumebant. Accusatus erat Paulus Samosatenus cum ob alias opiniones, quas referre longum est, et haud necessarium, tum ob Judaismi suspicionem; mox etiam Patrum decreto Episcopatu Antiocheno dejectus. Hunc ab adversariis vehementer exagitatum cum Zenobia, mulier philosopha, et in religione diversa sentientes facile ferens, tuendum suscepisset, Orthodoxi, dolorem, quem inde ceperant, ulciscentes, non modo Paulum Samosatenum ad sacra Judaica transiisse, sed ejus etiam patronam Judaeam esse, suo jure clamarunt. Fuerunt inter recentiores, qui, ut error errorem parere solet, Moysen a Longino in Zenobiae gratiam laudatum existimarent. Quorum opinio tum aliis de caussis parum probabilis est, tum quod Longinus librum περὶ ὕψους, et reliqua opera omnia, uno libello, quem de Odenathi laudibus scripsit, excepto, Athenis, antequam in Zenobiae notitiam venisset, edidisse videtur. Nam Palmyrae nulla librorum edendorum facultas dabatur, deficientibus, quorum manu uteretur, librariis, ut ipse in Ep. ad Porphyr. p. 124. queritur. Ne otium quidem ad talem scriptionem ab aliis rebus erat. Venerat ille quidem in aulam Palmyrenam, ut Zenobiam Graecis literis erudiret. Sed mox Zenobia, cum ipsa imperii

tii habenas capeſſiviſſet, et ſummam rerum gerendarum prudentiam in Longino perſpexiſſet, ejus maxime conſiliis regnum adminiſtrare ſtatuit. Photius l. c. *καὶ πολλὰ συνηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ Ὀδενάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος.* Suidas v. *Λογγῖνος. ἀνῃρέθη ὑπ' Αὐρηλιανοῦ ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ, τῇ Ὀδυνάθου γυναικί.* Tum Longinus pro illo libertatis amore, qui magnis ingeniis proprius eſſe ſolet, Zenobiae animum addidit ad jugum Romanum excutiendum, in hoc etiam imitatus Platonem ſuum, qui Dionem a ſe eruditum pari ratione ad patriam liberandam impulit et armavit. Tum, eodem auctore, Zenobia nobiles illas ad Aurelianum literas, quae ſunt apud Vopiſcum Aurelian. 27. ſcripſit. Quae, cum plus ſpiritus, quam Zenobiae tempora ferebant, habere viderentur, Longino exitium attulerunt. Quippe Aurelianus, iis lectis, ſic exarſit, ut mox, Palmyra expugnata, de Longino ſupplicium ſumi juberet. Vopiſcus Aurelian. 30. *Grave inter eos qui caeſi ſunt, de Longino philoſopho fuiſſe perhibetur, quo illa magiſtro uſa eſſe ad Graecas literas dicitur: quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidiſſe, quod ſuperbior illa epiſtola ipſius diceretur dictata conſilio, quamvis Syro eſſet ſermone contexta.* Adde Suidam v. *Λογγῖνος.* In hoc tam gravi caſu, neſcio, an Longinus quicquam viderit indignius, quam pro bonis conſiliis malam ſibi gratiam a Zenobia referri. Haec enim, cum ante omnibus in re-

rebus virilem animum gessisset, nunc mortis metu debilitata, ad muliebre ingenium rediit, id est, suam innocentiam jactavit, invidiamque belli, quod Romanis fecisset, cum in alios, tum in Longinum, relegavit. Zosimus I. 56. *ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν, ἑαυτὴν ἐξαιροῦσα, πολλούς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα. ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα.* At longe alium animum Longinus prae se tulit. Tali enim constantia, tali animi robore supplicium subiit, ut, qui ipse consolandus esset, aliorum ex hac calamitate susceptum dolorem consolaretur. Ita ille in ipso mortis articulo verum se philosophum praestitit, sanctissimumque Socratem, ad cujus normam et studiorum et vitae rationem direxerat, etiam moriendo expressit. Cujus crudelem casum si quis Platonica eloquentia prodidisset, non minus nunc Longini, quam Socratis, morti illacrymaremur. Zosimus l. c. *ὅπερ ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ, παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν· ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι.* Hoc modo periit vir maximus A. C. 273.

XII.

Haec fere sunt, quae nobis de Longini vita et studiis veterum testimoniis constent. De ejus ingenio et eruditione dicere quid attinet? Sunt libri, vel potius

tius fragmenta librorum, ex quibus judicium fieri possit, in manibus. Equidem nihil magis in Longino miror, quam tanti animi ingeniique virum seculo tertio, servitute oppresso, et paene barbaro, quo omnes fortunae suae similia et faciebant et loquebantur, extitisse. Verum cum seculum, quo vivebat, insitam ingenii vim premeret, ipsum fecisse arbitror, quod aliis natura tardioribus faciendum praecepit Π. Υ. sect. 9. εἰ καὶ δωρητὸν τὸ μεγαλοφυὲς μᾶλλον ἢ κτητὸν, ὅμως, καθ' ὅσον οἷόντε, τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη, καὶ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος. Nempe veteribus, praecipue Platone et Demosthene, legendis animum ad eam, quam in maximis minimis admiramur, extulit altitudinem. Ab eodem celso elatoque animo profectum est cum libertatis civilis studium, cujus clara vestigia impressit divino illi epilogo libri Π. Υ. tum alterius, quae in sententia libere dicenda, et in aliorum erroribus castigandis cernitur. Ex quo a Porphyrio in Vita Plotini p. 126. ἐλεγκτικώτατος dicitur, et τὰ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντα τῶν καθ' αὑτὸν διελέγξας. Eloquentiam Longini ita abjicit et contemnit Graeculus ineptus, Joannes Siceliota, cujus locum supra p. 26. adscripsimus, ut eum nihil ad Dionysium Halicarnassensem et Aristidem esse dicat. Nos quidem non sumus ii, qui orationibus, quas Dionysius historiae interposuit, eloquentiae laudem detrahamus, aut Demosthenem feliciter ab Aristide expressum esse negemus. Veruntamen uterque, nostra sententia, cum Longino com-

paratus, jacet, et velut ſpiritu caret. Quanta enim quam incredibilis vis dicendi ex libello Π. Υ. elucet? Profecto nullus unquam Rhetorum et Sophiſtarum aut ſcripſit, aut ſcribere potuit aliquid diſertius. Unus Longinus ex omnibus Graecis magiſtris, id quod Ciceronem in libris rhetoricis feciſſe conſtat, quod aliis praecipit, ipſe ſcribendo praeſtat, nec minus eloquentiae praeceptis, quam exemplo ſuo, facit eloquentes. In docendo, quomodo ad id quod in oratione magnificum eſt, perveniatur, grandis eſt ac paene tragicus. In translationibus ut feliciter audax, et maxime ſimilis Plutarcho, ſic fortaſſe nimius in illis cumulandis, nec ſatis conſentiens praeceptis ſuis. Excerpta Rhetorica MSS. in Bibl. Medicea: *Ὅτι Ἀριστοτέλης (de Poëtic. 22.) τοὺς πάντα μεταφέροντας αἰνίγματα γράφειν ἔλεγεν. διὸ λέγει Λογγῖνος σπανίως κεχρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει.* Ex antiquis illis, praeter ceteros, Platonem et Demoſthenem imitatur. In quibus legendis, ſi venuſtatem ejus ſentire velis, te multum temporis contriviſſe oportet. Praeter Graecam et Syriacam linguam, utramque vernaculam, calluit etiam Latinam, ut non ſolum ex Demoſthenis et Ciceronis comparatione Π. Υ. ſect. 12. ſed etiam ex Suida intelligi licet. Sic enim ille Lexicographus: *Αἰωνοάριος, ὁ Ἰαννουάριος μήν. οὕτω Λογγῖνος αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα.* quae repetit v. *Ἰανουάριος.* Cum Suida convenit Tzetzes in Poſt-Homericis p. 75. *Τὸν δ' Αἰωνάριον κικλήσκει μὲν Λογγῖνος. Ἰανουάριον*

δ'

δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι. Quam vocis notationem si quis in homine Graeco rideat, is potiore jure Ciceronem de N. D. I. 27. *Janum*, quasi *Eanum*, ab *eundo* derivantem rideat. Nec tamen Longinus mihi quicquam a scriptoribus Latinis, nominatim a Quinctiliano, sumsisse videtur, ut Tollius et Pearcius ad librum Π. Υ. sect. 2. et 38. crediderunt. Nam quae illis locis e Latino Rhetore ducta putantur, tam sunt vulgaria, ut, si Longinus illa mutuari ab aliis voluisset, potius a Graecis, quam a Latinis sumsisset. Nec facile adducor, ut eum quicquam Dionysio Halicarnassensi debere credam. Non tali siccitate arescebat, ut ingenium alienis fontibus rigaret.

XIII.

Philosophiam, quam professus est, in mores abiisse, tametsi mors ejus satis superque declarat, tamen hoc quoque sit testimonio. Porphyrius disciplinam ejus valere jusserat, ut se ad meliorem, si Diis placet, Plotini conferret. Quam levitatem, tantum abfuit Longinus, ut ad contemtum sui traheret, injuriamque injuriae referret, ut potius hunc ipsum desertorem in suis haberet, Palmyram ad se invitaret, et, quanti eum faceret, libri περὶ ὁρμῆς dedicatione publice declararet. Quae omnia nobis narrat ipse Porphyrius in Vita Plotini pag. 120. 124. 131. Erit fortasse, qui doctrinam Christianam Longino ad talem animi moderationem profuisse dicat. Certe semi-

christianum eum vocat, If. Casaubonus ad Vopisc. Aurelian. 30. propter honorificum, quod de Moyse fecit, judicium. At vero, si illa ratio valeret, multi, qui sacrorum scriptorum cum laude meminerint, in his Numenius et Amelius, in semichristianorum numerum referendi essent. Omnino plerique ejus aetatis philosophi Christianorum libros satis diligenter legerant, sive ut eos refellerent, quod Cellum et Porphyrium fecisse scimus, sive quod Christianismum pro Orientalis philosophiae secta haberent. Vide Holstenium de Vita Porphyr. cap. V. p. 20. Sed Casaubonum jam ante nos confutavit Langbaenius ad Longin. Π. Υ. sect. 9. p. 61. Et ipse vir summus hanc sententiam repudiasse videtur Exercitat. I. in Baron. Annal. p. 149. ubi Longinum *paganum hominem* appellat.

X I V.

Reliquum est, ut omnia Longini scripta, quorum magnam copiam extitisse narrat Eunapius in Porphyr. p. 14. breviter recenseamus.

Οἱ Φιλόλογοι. de quibus, quantum satis est, disputavimus.

Περὶ τοῦ κατὰ Μειδίου, scilicet λόγου, id est, *de Demosthenis oratione in Midiam.* Apud Suidam v. Λογγῖνος, qui solus hunc librum memorat, pro Μει-

δίου

διου scribitur *Φειδίου*. Quem errorem correxit Langbaenius in Vita Longini. Pertinet hic liber ad quaestionem inter Rhetores agitatam, Midiana utrum esset *χαρακτῆρος παθητικοῦ*, an *πραγματικοῦ*? Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. *ὡσαύτως καὶ ὁ κατὰ Μειδίου οὐκ ὀλίγοις γέγονεν ἐν σπουδῇ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε. καὶ οἱ μὲν τοῦ παθητικοῦ χαρακτῆρος εἶναί φασιν αὐτὸν, μετὰ δεινώσεως ἐπειργασμένον· οἱ δὲ, τοῦ πραγματικοῦ.* Sic Longinus apud eundem Photium l. c. orationis in Leptinem *προοίμιον ἀγωνιστικὸν* esse judicavit. Nescio, an hic quoque liber pars fuerit *τῶν Φιλολόγων*.

Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Suidas. Exemplum talium quaestionum scribendarum dedit Aristoteles, cujus *Ἀπορήματα Ὁμήρου*, praeter alios, laudat Grammaticus MS. Sangermanensis: *Βασίλισσα. Ἀλκαῖος Γανυμήδει. Ἀριστοτέλης Ὁμήρου Ἀπορήμασιν.* Adde Phrynichum de Dict. Attic. p. 112. Postea multi Grammatici hujusmodi quaestionibus tractandis ingenium exercuerunt, de quibus vide Jo. Wowerium de Polymath. cap. X. p. 77. Forte ex hoc opere Eustathius sumsit emendationes Homericas, quas commemorat ad Il. A. p. 67. et 106.

Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος; Suidas. Non unus veterum hac quaestione otium suum oblectavit. Hermogenes, Medicus Smyrnaeus, *περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας* scripsisse dicitur in marmore Graeco, quod edidit

Y 3 L. Ku-

L. Kufterus Comm. Acad. Infcript. T. IV. p. 665. Vide Davifium ad Max. Tyr. Diff. XXXII. p. 613. Porphyrius etiam de eodem argumento, in Longini gratiam, ut Holftenius in ejus Vita cap. VIII. p. 44. fufpicatur, fingularem librum fcripfit.

Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'. Suidas. Ariftotelis etiam liber hoc titulo laudatur. Poftea Grammatici certatim in hujusmodi problematis folvendis elaborarunt, inde *λυτικοὶ* appellati, de quibus vide Jonfium de Script. Hift. Phil. II. 17. p. 206. et Cel. Valckenarium Diff. de Schol. in Homer. ined. p. 145.

Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Suidas. Similem librum, tefte Suida, fcripferat Caecilius, ille ipfe, quem Longinus Π. Υ. fibi caftigandum fumfit: *Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι.*

Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων, βιβλία δ'. Suidas.

Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. Ex hoc Lexico fumtum videtur, quod habet Photius Lex. MS. *Σέρφοι. οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς Νύμφας. οὕτως Δίδυμος. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος· Σέρφος, πτηνόν τι μικρὸν κώνωπι ἐμφερὲς κατὰ τὸ μέγεθος.* item quod habet Euftathius ad Odyff. X. p. 1919.

1919. τιμὴν δὲ, τὴν ποινὴν λέγει. —— ἡ δὲ τοιαύτη τιμὴ, καὶ τῖμος λέγεται κωμικώτερον, ὡς Λογγῖνος δηλοῖ, ὁμοίως τῷ, χολὴ, χόλος, ὠνὴ, ὦνος, καὶ τοῖς τοιούτοις. Ex indice Grammaticorum, qui Suidae Lexico praemittitur, putaret aliquis, Suidam multa ex hoc Longini opere in farraginem suam conjecisse. Sed hunc indicem a mendace mangone confectum esse, nuper idoneis rationibus demonstravit Graecarum literarum in hac Academia stator, L. C. Valckenarius in Theocriteis pag. 295. et seqq. Similis fraus Lexicon sacrum ineditum, quod in multis Bibliothecis superest, *Cassiani Longini* nomine ausa est commendare.

Λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Ἡρακλέωνος. Suidas. Langbaenius pro Ἡρακλέωνος legit Κλέωνος, credo, quod de poëta Heracleone ne fando quidem audiverat. Sed Longinum poëtas, quorum vix nomen ad nos pervenerit, tractasse, constat exemplo Menelai, de quo p. 332. diximus. Minus cogitate Tan. Faber scribit, Heracleonem Ephesium, Grammaticum ab Athenaeo laudatum, intelligi posse. Quis enim unquam scripsit λέξεις Grammatici?

Περὶ ἐθνικῶν. Grammaticus vetus Bibl. Coislin. p. 597. Ὅσοι περὶ ἐθνικῶν. Ὠρίων Θηβαῖος, Μητρόδωρος, Φιλόξενος, Λογγῖνος. Mirum est, Stephanum Byzantinum, in Ἐθνικῶν scriptoribus commemorandis inprimis diligentem, nullam Longini mentionem facere.

Σχό-

Σχόλια εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον. Supersunt in Codd. MSS. ex quibus partem ediderunt Jo. Hudsonus et Jo. Boivinus. Ex hoc specimine apparet, omnia exscripta esse ab edito Hephaestionis Scholiaste. Longiniana laudat Scholiastes Hermogenis p 387. διὸ καὶ μέτρου πνεῦμα τὸν ῥυθμόν φησιν ὁ Λογγῖνος. ubi ex Longino p. 264. corrigendum: διὸ καὶ μέτρου πατέρα τὸν ῥυθμόν φησιν ὁ Λογγ. Error natus est e scribendi compendio.

Περὶ συνθέσεως λόγων συντάγματα δύο. quae ipse commemorat Π. Υ. sect. 39.

Τέχνη ῥητορική. de qua alias.

Εἰς τὴν ῥητορικὴν Ἑρμογένους. In Bibliotheca Vindobonensi extant Enarrationes Hermogenis, excerptae ex Longino, Jamblicho, Syriano, Simplicio, et aliis. Vide Catalog. Bibl. Vindob. Nessel. P. IV. p. 14. Sed totus titulus mangonium sapit.

Περὶ Ὕψους. Hic liber vere aureus, de quo omnium optime nobis judicasse videtur Boilavius in Praef. versionis Gallicae, bono literarum et verae eloquentiae, quamvis mutilus, conservatus est in uno Codice Parisino, ex quo quicquid Codicum est in aliis Bibliothecis, manavit. Nulla igitur, archetypo salvo, apographorum utilitas est, nisi in conferendis verbis sectionis VIII. ὡς κἂν τοῖς περὶ Ξενο-

φῶν-

φῶντος usque ad verba sect. IX. ἐν δὲ Φάει καὶ ὄλεσσον. propterea quod illae paginae ex archetypo, post facta jam apographa, exciderunt.

Commentarius in prooemium Timaei Platonici, de quo supra p. 317.

Commentarius in Platonis Phaedònem, de quo supra p. 317.

Περὶ ἀρχῶν, *de rerum principiis.* Porphyr. in Vita Plotini p. 116. qui de iisdem etiam librum scripsit, minus probans Longiniana, ut putat Holstenius in ejus Vita p. 51.

Περὶ τέλους, *de finibus bonorum et malorum.* Porphyr. in Vita Plotini p. 127. ubi nobis egregiam hujus libri praefationem conservavit.

Περὶ ὁρμῆς, *de naturali impetu*, sive *instinctu.* Porphyr. in Vita Plotini p. 120.

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀμέλιον, qua respondet ejus epistolae περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου Φιλοσοφίας. Hanc epistolam in libri magnitudinem excrevisse, ipse ait in Praefatione libri περὶ τέλους. p. 132.

Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης adversus Amelium. Ipse in Praef. laudata p. 131.

Περὶ τῶν ἰδεῶν adversus Plotinum. Praefatione laudata p. 131.

Περὶ τῶν ἰδεῶν adversus Porphyrium, Plotini de Ideis sententiam Longinianae, quam ante probarat, praeferentem. Praefatione laudata l. c. Vide Holstenium de Vita Porphyr. p. 54. Hos de Ideis libros respexit Syrianus Commentario MS. in Aristotelis Metaphysica: Οὔτε τοῖς λεκτοῖς τοῖς πολυθρυλλήτοις ἀνάλογον τῷ νῷ παρυφίσαται, ὡς ἠρεῖτο Λογγῖνος πρεσβεύειν. οὐδὲν γὰρ ὅλως παρυφίσαται τῷ νῷ εἴπερ ἀνούσιόν ἐςι τὸ παρυφιςάμενον. πῶς δ' ἂν τὸ αὐτὸ νοητόν τε εἴη καὶ παρυφίςαιτο; οὐ μὴν οὐδὲν νοήματά εἰσὶ παρ' αὐτοῖς αἱ ἰδέαι, ὡς Κλεάνθης ὕςερον εἴρηκεν, οὐδ' ὡς Ἀντωνῖνος μιγνὺς τὴν Λογγίνου καὶ Κλεάνθους δόξαν.

Περὶ ψυχῆς. ex quo Eusebius P. E. XV. 21. partem affert hoc titulo: πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις. Eundem librum laudat Porphyrius apud Stobaeum Ecl. Phys. I. pag. 103. Familiarem Longini cum Medio disputationem περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς ex Porphyrio commemorat Proclus in Platonis Politiam p. 415.

Ὀδαίναθος. quod omnium Longini scriptorum postremum videtur. Libanius Ep. 998. Ὀδαίναθον τὸν λόγον, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος, ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν. Hac oratione si Longinus Odenathi laudes complexus

est,

est, ut nobis videtur, concidit, quod narrat Trebell. Pollio XXX. Tyrann. 17. Zenobiam caedis Odenathi conſciam fuiſſe.

Praeter haec Langbaenius ad Longinum retulit librum Διονυσίου τοῦ Φασηλίτου περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως, et alterum περὶ ποιητῶν, utrumque laudatum a Grammatico vetere, qui Nicandri vitam ſcripſit: item Διονυσίου Ἄπορα, laudata a Scholiaſte Homeri ad Il. B. 308. et Διονυσίου Κριτικὰ ſive Κρητικὰ apud Diogen. Laërt. I. 38. Verum nihili ſunt rationes, quibus utitur, et vix dignae, quae refellantur. Nam, ſi probabile eſt, ut ſupra demonſtravimus, Longinum natum eſſe Athenis; cur ad eum refertur opus Phaſelitae? At *Dionyſii* nomine nititur Langbaenius. Immo hoc nomine Longinus, ut eodem loco docuimus, ne ſemel quidem ſimpliciter laudatus reperitur. Denique falſum eſt, quod dicitur, Longinum per temporis rationes a Diogene commemorari potuiſſe. Nam Diogenes, quacunque demum aetate vixit, certe ante Longinum vixit. Recte igitur Fabricius Bibl. Gr, T. IV. pag. 435. 443. 444. quatuor illos libros, Longino tam temere tributos, ſuſtulit ex indice operum Longinianorum.

FINIS.

DATE DUE
